



NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
8
19 — H
20
ROMA

PACIFICATOR
GERMANIAE
SIVE IRENICON
DE VERA PACE ET CONCORDIA, IN GERMANIA INEVNDA
DISCVRSVS THEOLOGO-POLITICI.

AVTORE
R.P. ADAMO CONTZEN
SOC. IESV SS. THEOL. DOCT.
ET PROFESSORE ORD. IN ACADEMIA
Moguntina.



COLONIÆ,
Apud IOANNEM KINCHIVM
ſub Monocerote.

ANNO M DC.XLII.
Permiſſu Superior. & Priuil. S. Cæſ. Maieſt.

REVERENDO ADMODVM,
PRÆNOBILI ATQVE AMPLISSIMO VIRO

D. IODOCO A RIED

METROPOLITANÆ ATQVE Electoralis Ecclesiæ Moguntiæ

SCHOLASTICO,

CATHEDRALIS WIRTZBVRGI

CANONICO,

COLLEGIATÆ ECCLESIÆ AD D. VICTORIS extra muros Moguntiacos

PRÆPOSITO,

AD D. MARIÆ VIRGINIS, ET D. ALBANI

CANONICO,

Domino meo Gratioso.

ADAMVS CONTZEN S.P.



Onsultationem de vnione & Synodo Euangelicorum ge-

nerali tuo nomini honorique inſcriptam, ad te vir nobiliſsime, pariter ac prudentiſsime, defero; munus haud graui mole, ſed nouitate, rei, de qua controuertitur, magnitudine & vtilitate ſpectandum, cuius ſi precium meorumque Collegarum tui amantiſsimorum æſtimabis affectu, animo lubentiſſimo acceptabis. Noua omnino res eſt, annos nonaginta quæſita, nuper à Caluiniano inuenta, nunc primum à me in lucem producta, Euangelicorum VNIO & SYNODVS. *Res ſummi etiam momenti eſt, poſt tot annorum conſultationes, colloquia, concilia, concertatio-*

tiones, iras, conuitia, criminationes, calumnias, proſcriptiones, bella, cædes, facta tot capitum Euangelicorum VNIO *&* SYNODVS *vna generalis. Quin ad nos res illa & noua & magna tota pertineat, ambigere non licet, cum famoſiſsimus Caluiniſtarum* VNIONIS *huius auctor, &* SYNODI, *profiteatur in præfatione, ſe vel* VNIONEM, *vel amicabilem conuentionem aduerſus Papatum quærere, quam conuentionem deinde vocabit Syncretiſmum; quid vero aduerſus Papatum moliatur, latius oſtenderat olim* comm. in cap. 13. Rom. *vbi concludit:* NVLLVM

vltionis genus aduersus Papam iniustum aut nimium esse, scopus igitur Caluinistæ est, vel vnionem vel conspirationem cum Lutheranis in Catholicos reges & principes inire, & vbi hos occiderint, eadem ruina auxiliares Lutheranos opprimere. Non ignorant id sapientiores Lutheranorum, idcirco ab illa vnione quam vehementissime abhorrent, itaque nuper concionator Illustrissimi & potentissimi inter Lutheranos Principis MOTIVAS NOVENDECIM *attulit, quibus probauit suæ religionis principibus cum Cæsarea Maiestate & Catholicis*

pa-

pacem esse colendam, fœdera Caluiniana fugienda. Mihi quoque visum est pacificatoris insidiosi Irenico, seu libro votiuo DE VNIONE *&* SYNODO EVANGELICORVM *consultationem opponere, ad consolationem Catholicorum, quorũ exitium quæritur, & cautionem Lutheranorum, quos sibi carnifices in cæde orthodoxorũ adsciscere inueteratus dierum malorũ destinauit animo. Hũc vt laborem tibi offeram multæ mihi sunt & graues causæ, nã in illa auctoritate, quam tibi antiqua nobilitas, dignitas, qua in principe Germaniæ Ecclesia fungeris, experientiaque*


& prudẽtia, iam dudum conciliauit ac firmauit, video tutum & amicum consultationi meæ patrocinium. Cur enim à tuâ beneuolentiâ id non exspectem, cuius animum, conatũque ad Catholicæ veritatis & Ecclesiæ defensionẽ promptissimum magno religionis emolumento experimur? Animum dignum nobilitate tuâ, dignũ Egenolphi patris tui institutis, & virtute: Cui cum multa eximia Dei benignitas elargita sit, iuuentutem nempe bellicâ fortitudine, variis expeditionibus, victoriisque gloriosam, senectutem ad annum nonagesimum tertium vsque, vegeto

corpore, integris ſenſibus, conſilio, prudentiâ, pacis amore venerabilem, coniugium cum Mariâ Buches à Staden matronâ nobiliſsimâ lectiſsimâque, quæ & ipſa annos octoginta non vitâ magis, quam virtute, & pietate compleuit, optatiſsimum: conſtantiſsimã in auitâ religione tuendâ perſeuerantiam; hoc tamen noſtrum proprium bonum eſt, quod te non generoſæ modo ſtirpis, ſed fidei, prudentiæ, conſtãtiæ, æquitatis hæredem, Reipublicæ, & familiæ tuæ columen reliquerit. Vt vero cætera omittam; perpetua ac conſtans qua ſocietatem proſequeris be-

neuolentiæ postulat, vt animi
in te nostri gratitudinem amo-
remque qua possumus ratione
testemur. Quapropter hunc li-
bellum magnorum in nos be-
neficiorum tuorum velut acce-
ptilationem, & nostræ grati-
tudinis obsidem apud te reside-
re percupio. Inprimis vero re-
centis munificentiæ, qua Bi-
bliothecam nostram perpetua
fundatione auctiorem & or-
natiorem reddidisti; quam-
quam enim omnium volumi-
num de tua donatione compa-
ratorum frontes, quæ stemma,
nomenque, & liberalitatem
tuam præferent, de gratissimo
tuo munere lectores admonitu-
ra

ræ ſint, par tamen eſt meum libellum & in ipſa Bibliotheca, & omnibus, quibus ſpargetur, locis huius beneficentiæ teſtem eſſe. Deum omnis ſapiẽtiæ fontem ex animo precamur, vt te pro tantis in ſocietatem meritis beneuolentiaque, ipſe æterno fauore ſuo proſequatur, veraque felicitate remuneretur, nobis vero concedat librorum tuorum vſum, omnemque ſtudiorum tractationem ad animarum noſtrarum ſalutem, Eccleſiæ vtilitatem, & ſupremæ Maieſtatis gloriam religioſe conferre. Moguntiaci ex ſeminario Archiepiſcopali Anno CIƆ IƆCXV. IV. *Non. Iunias.*

APPROBATIO R. P. PROVINCIALIS PROVINCIÆ RHENANÆ SOCIETATIS IESV.



Anc *De Vnione & Synodo Generali Euangelicorũ, Theologis & Politicis necessariam consultationẽ* à P. ADAMO CONTZEN Societatis nostræ Theologo conscriptam, atque à deputatis ad id Theologis lectam & approbatam, Ego HENRICVS SCHERENUS, Societatis IESV apud Rhenum Prouincialis, concessa mihi potestate ab Admodum R. P. N. CLAVDIO AQVAVIVA, Societatis nostræ Præposito Generali, Typis mandari permitto. Moguntiæ die 2. Iunij. Anno 1615.

Henricus Scherenus.

FACVLTAS R.P. PROVINCIALIS PROVINCIÆ RHENANÆ SOCIETATIS IESV.

CVm Sacræ Cæsareę Maiestatis decreto omnibus & singulis Typographis, & Bibliopolis, ac aliis quamcunque librariam negociationem exercentibus serio firmiterque inhibeatur, ne quisquam vllos Libros à nostris Patribus hactenus editos vel in posterum edendos, intra S.R. Imperij, Regnorum, & Dominiorum suæ Cæsareæ Maiestatis hæreditariorum fines, simili, vel alio characteris genere, aut forma, siue in toto, siue ī parte recudere, vel alio recudendos mittere, aut alibi etiam impressos adducere, vendere & distrahere, clam, seu palam, citra iudicium ac testimonium supradictorum Patrum audeat, vel pręsumat: Concedo ego HENRICVS SCHERENVS Societatis IESV per Rheni prouinciā Prępositus Prouincialis (potestate mihi ad id factâ ab admodum Reuerendo P.N. Generali CLAVDIO AQVAVIVA) Bernardo Gualtheri Ciui & Bibliop. Colonien. facultatē excudendi hāc *De Vnione & Synodo Generali Euangelicorum Theologis & Politicis necessariam consultationē*, à P. ADAMO CONTZEN, Societatis nostræ Theologo conscriptā, atq; à deputatis ad id Theologis lectā, & approbatā. In quorum fidem hoc ei testimonium manu nostra subscriptum, & sigillo munitum dare voluimus. Moguntiæ die 2. Iunij, Anno 1615.

Henricus Scherenus.


In Dauidis Parei Irenicum.

Traiectus Stygium nuper Casaubonus amnem
Ilico stigmatiam fertur adisse Patrem,
Voceque anhelitibus grauidâ retulisse, vetusta
Atlantes Fidei, fœdus inisse Duces:
Iste suorum animo versans liuente repulsam,
Tecto, inquit, Synodum coge, Paree, dolo.
Cude Acheronteo furiatum Irenicon oestro,
Hoc diuelle alios Codice, iunge meos.
Pomum Eridos Dauid, Irenes nomine scriptum
Iniicit, & Pacis nomine Bella tegit.
Tolle litum fucis, Caducifer improbe, malum,
Triste sub aurato cortice sulfur alit:
Quid credant, multis falsi iam Saxones annis,
Quos ludunt paribus Bezaque, Tuque strophis!
Te nunquam existet concordia Iudice: Litis
Mercurius potes, at non potes esse Paris.

G. N.

INDEX CAPITVM.

DE




DE VNIONE ET SYNODO GENERALI EVANGELICORVM.

Theologis & politicis necessaria consultatio.

CAPVT I.

Argumentum consultationis.



Raternas acies, sæuum sine fœdere bellum, Bellum sectariorum.
Diras, atque odia vltra ipsam viuentia mortem,
In consanguineas sectarum prœlia sectas,
Erroresque canouictos erroribus, actosque,
Exilio. Hinc duræ populorum sanguine lites,
Auctoratæ Erebo regnant linguæque animæque,
Sæuitiesque styli flammato immitior orco
Mundū inimicitiis miserū quatit; omniaq; implet,
Luctificabilium ploratibus ærumnarum.

BEllum, inquam, iam annorum nonaginta, prœlium quod sine inter- Bellū 90. annorum.

quiſſima eſt, quâ tam victor quam victus ferrum recipere iubetur, quia non contra errores modo, ſed & pro erroribus decertatur, nec veritas quæritur, ſed præconceptæ contumaciæ victoria,

Καὶ πίθος πλαγεὶς ὑπ' ὀργῆς ἀνελάκησε πίθῳ.

Frangitur colliſa teſta teſtæ, quia fictilium pugna eſt, Interim denſæ cadunt animæ, & in mortis æternæ Libitinam trahuntur.

Tam magno, tamque inueterato malo remedium inueniſſe ſe credit, aut credere ſimulat DAVID PAREVS, eoque fine librum Votiuum PACI ECCLESIÆ, ET PACIFICORVM DESIDERIIS dedicauit; Eius titulus eſt: Irenicum, ſiue, De Vnione & Synodo Euangelicorum conciliandâ. Haud diſſimilem rem aggreſſus olim eſt Gellius Proconſul Athenis. De qua apud Tullium De Legibus narrat Atticus: *Audiſſe ſe Athenis ex Phædro ſuo, Gellium familiarem* Ciceronis, *cum Proconſul ex præturâ in Græciam veniſſet, Athenis Philoſophos,* Philoſophorum conciliatio.

 qui

qui tum erant, in locum vnum conuocasse, ipsisque magnopere auctorem fuisse, vt aliquando controuersiarum aliquem facerent modum, quod si eo essent animo, vt nollent ætatem litibus conterere, posse rem conuenire: & simul operam suam illis esse pollicitum, si posset inter eos aliquid conuenire. Ioculare hoc visum est, & à multis sæpe derisum, rem tamen iudicandam aliquando, ipse Tullius arbitrabatur, seque arbitrum, antiquam Academiam inter, & Zenonem peroptabat, contra sentiebat Atticus: tam facilis erat in concordibus illis animabus duorum amicorũ dissensio. Consilij igitur sui, si ilocaliter scripsit Irenicum Pareus, auctorem L. Gellium laudare potest, nec deerit Arrisor atticus. Si ex animi sui sententiâ concordiam molitur, habet Tullium approbatorem. Quanquam non immerito dubitem, an Pareo arridere Atticus, licet Epicureus, vel fauere posset Tullius, multis enim modis Pareana conciliatio Gellianam exuperat. Vrbis ille vnius, *qui tum erant, philosophos*, nec tã in multis, nec tam grauibus dissidentes,

Conciliatio Pareana Gellianam superat.

tes,

tes, non vi, & armis ſua ſenſa defendẽtes, auctoritate ſuâ, & poteſtate proconſul, vt lites deſererent, permouere, vel ſerio, vel iocoſe aggrediebatur, noſter autem è Sileſia Gellius, totius orbis Chriſtianos, quocunque iure, vel more titulum religionis vſurpent, doctores, ſophiſtas, fanaticos, ſchwermeros, ſtentores, Enthuſiaſtas, Hæreſiarchas, calumniatores, diabolos incarnatos, beſtias, diaboli ſquamas, impoſtores, toto doctrinarum genere diuerſos, opinionum ſuarum pertinaciſſimos, pro contumaciâ mortem paciſci paratos, moribus diſſimilimos, capitaliter inimicos, mutuis exiliis, ſanguine, & inuectiuis, quæ vincunt præliorum rabiem, efferatos, in vnam Synodum cogere, placida conſenſione pacem, veritatemque exquirere, in concordiam ducere, ex his fidem vnam, aut laruam fidei concinnare putat non eſſe τῶν ἀδυνάτων, imo leges tam bellis hominibus præſcribit, locum & tempus præſtituit, & veram à tam callidis mendaciorum architectis ſententiam, fideique normam exſpectat. Mirus

Titulis his ſe mutuo inſigniunt hæretici.

* impoſſibile

rus profecto vel stupor ista sperantis, vel impudentia sperare se simulantis. Cum enim, eo vtrimque sint animo, vt certo sibi persuadeant tum Lutherani, tum Caluinistæ, se nisi aduersæ partis ruinâ saluos, & tutos esse non posse, non potest vlla in tantâ diffidentiâ, & exacerbatione animorum esse confœderatio, & συμμαχία, præsertim cum annorum nonaginta bello ita odia exasperata sint, vt aliam, quam quæ hactenus fuerit, pacem cogitare futuram, nemo prudens valeat. Tanta vero opinionum varietas, tanta inimicitiarum pertinacia concilium illud ingredietur, concordiæ vt locus nullus omnino esse queat, neque enim Synodus illa Lutheranorum duntaxat erit, & Caluinianorum, quamuis primas illi obtinebunt, sed totum sectarum examen admittetur, ita Pareus c.8. *Neque magis dici posset synodus libera, quam synodi Papales, in quâ non omnibus, quorum res agitur suas causas, & earum defensionem exponendi potestas daretur: Etiamsi ex Anabaptistis, Schvvenckfeldianis, aut aliis, etiam ex Pontificiis aliqui compare-*

* societas

Synodus Pareana.

parere, & ſua defendere vellent, & cæt.

Quæ monſtra igitur in illâ Κερκώπων ἀγορᾷ, ſimiarum comitio ſpectanda ſint & audienda, ſatis lector intelligit; Anabaptiſtæ, Schwenckfeldiani, Flacciani, Oſiandrici, Seruetiani, Sociniani, Antinomi, Trinitarij, Libertini, Vorſtiani, Tectandriani, Pareani, & quicquid portentorum πόλεμος πάντων πατὴρ * bellum origo omnium
dedit. Niſi enim illi blaſphemias veteres, nouaſq; in conuentu ſonent, non conſtabit ſua concilio libertas, iudice Pareo.

Synodum ipſe tamen tot nefandarum hæreſeon coitione fieri poſſe legitimam arbitratur, aut fieri poſſe, ſi mente negat, verbis tamen aſſerit, quæ prima eſt pars monſtroſæ diſputationis. Mox idem vela contrahit, & cauſæ ſuæ diffidens, Synodo & conſenſui, inſidioſiſſimæ pacificationis inanem fucum, & concordiam ἐφήμερον ſubſtituit, in quâ nihil ſolidi, * diariam
nihil ſinceri, omnia plena fraudum, & ſuſpicionum. Quæ conſenſio ex Cretenſium male fidâ συμ- Syncretiſmus.

*societate μαχία vocatur syncretismus, quem precipue aduersarius vrget, & spe veræ concordiæ deiectus, vmbratiles persequitur conciliationum simulationes. Est enim συγκρητισμὸς non diligentium, non fidentium, sed minora odia, damnaq; metu maioris hostis dissimulantium, cum, vt Aristoteles l. rhet. 1. prouerbio dici confirmat, τὰ κακὰ συνάγει τοὺς ἀνθρώπους, mala cõciliãt homines. Porro syncretismum nobis describit Plutarchus περὶ φιλαδελφίας ἔτι, inquit, τοίνυν ἐκεῖνο δεῖ μνημονεύειν ἐν ταῖς πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς διαφοραῖς, καὶ φυλάττειν τὸ τοῖς φίλοις αὐτῶν ὁμιλεῖν καὶ πλησιάζειν τότε μάλιστα, φεύγειν δὲ τοὺς ἐχθροὺς καὶ μὴ προσδέχεσθαι μιμούμενον αὐτὸ γοῦν τοῦτο κρητῶν, οἱ πολλάκις στασιάζοντες ἀλλήλοις, καὶ πολεμοῦντες ἔξωθεν ἐπιόντων πολεμίων διελύοντο καὶ συνίσταντο καὶ τοῦτο ἦν ὁ καλούμενος ὑπ᾽ αὐτῶν ΣΥΓΚΡΗΤΙΣΜΟΣ.

Præterea & illud meminisse oportet, cum fratres inter se dissentiunt, atque obseruare, vt eo tempore maxime cum amicis illorum consuetudinem familiaritatemque colas, hostes fugias, neque admittas ad familiaritatem, illud Cretensium secutus exemplum, qui crebro seditionibus agita-

agitati, & inter se belligerantes, ingruentibus aliunde hostibus, remissa contentione coniungebantur, atque is erat, quem syncretismum appellabant. Hanc perfidiæ breuem, insidiosam, cruentam pacificationem inter sectarios molitur & noster, vt tætra discordiarum, quæ tollere se posse diffidit, vtcunque candido consensionis fucatę gypso incrustet, atque obuelet, vt vulneri immedicabili, plagæ chironiæ qualemcunque cicatricem obducat, sed accidit, quod dicitur, Ἀκεσίας τὸν πυρετὸν ἰάσατο, *Acesias febrim curauit*, infelix enim sanandi manus, malum exasperauit, & detracto velo, quæ latebat, purulentiam ostendit. Quâ de breuiter disputare mihi propositum est, vt luce meridianâ clarius appareat, quam misere discerpantur illi, qui ab authenticâ Catholicæ Ecclesiæ normâ abruperunt, nec aliud quod sequantur, habent, quam imaginationum suarum ludibria, & scientiæ, quam sibi arrogant, vanitatem.

Et nunc quidem Synodum edo, quæ iudicio quorundam Caluiniano-

rum fieri poteſt, De Syncretiſmo, & verâ etiam concordiâ, verâque ſynodo aliquando acturus, ſi videro pleroſque Vnionem & ſynodum fallacem auerſari, nec fidere ſyncretiſmo, quẽ vtpote de fallaciſſimæ gentis moribus inductum horrere Germanorum ſinceritas, & exſtirpare debet.

CAPVT II.

Diſcordiæ Euangelicorum initia, & commoda.

Diſſidij origo.

NOnageſimus (inquit cap. I. aduerſarius) *labitur annus, ex quo infelix illud de S. Euchariſtiâ diſſidiũ inter duos primæ notæ Theologos, Euangelij vindices, Papatus profligatores, Martinum Lutherum in Saxoniâ, & Huldericum Zvvinglium in Heluetiâ, infauſto ſidere concitatum, Eccleſias Euangelicas in Germaniâ fatigat, debilitat, lacerat, Papiſtarum oculos paſcit, animos obfirmat, Papæ regnum ſuſtinet, ac ſtabilit.*

Ne ſuæ quidem hæreſeos primam originem nouit. Zwinglius iam olim

Be

Berengariano veneno fœtus monstrosum partum premebat, nunquam enim se realem corporis Dominici in Eucharistia præsentiam credidisse testatur; reformationem Ecclesiarum Helueticarum anno 1516. hoc est, anno ante Lutherum, cœpisse gloriatur, decennio tamen integro ab scelere Sacramentario abstinuit, quod perspicuâ verborum Dominicorum claritudine impediretur, quo minus testamentum saluatoris dicentis. HOC EST CORPVS MEVM, sacrilegâ interpretatione in hæresin suam detorquere auderet. Et quanquā anno 1521. Epistolam Honij cuiusdam è Batauiâ legisset, in quâ ille verbum EST interpretatur, vt sit idem, quod SIGNIFICAT, nondum tamen controuersiam Sacramentariam attigit, verum anno 1524. cum homo ferus, & barbarus Andreas Bodenstein Carolstadius in diuersorio Ienensi coemptus est à Luthero, vt eius esset aduersarius, tū quoque, vt μικρά πρόφασίς ἐστι τοῦ πρᾶξαι κακῶς, sese Zwinglius exseruit, & nouæ sectæ gloriam, quæ Carolstadio debeba-

(Zvvingl. in opere art. 8. art.)

Zvvīglius quando hæresim Sacramentariam cœperit.

* Occasione parua opus est, ad male agendum.

batur, maxima ex parte in ſe deriuauit. Nam & Epiſtolam Honianam anno 1525. in lucem edidit, & Carolſtadium animauit, creuêre exinde certamina in eam, quam nunc conciones, & vtriuſque partis ſcripta eriſtica exhibent rabiem, furoremque. Atque hoc de initio contentionum.

Quod Lutherum Euangelij vindicem appellat, & in eodem cenſu cum Zwinglio locat, inſidioſe adulatur, & vulpinam indutus συγκρητίζει. Aliter ſenſit Zwinglius, aliter ipſe Carolſtadius à Pareo tam ſæpe, tam impenſe laudatus. *Ruſticum vnicum Naſchuſanum*, dicebat ille, *omnes totius mundi doctores pudefacere poſſe, & digitorum crepitu Lutherum illudendo, non flocci eum à ſe fieri teſtabatur*: ita ipſe Luth. & Eraſmus Alberus, 2. p. *contra maledictam Carolſtadianorum doctrinam*, num. 46. Non eſt igitur Carolſtadij obſcurum de illo Euāgelij vindice iudicium, quo de grauiter queritur idem Eraſmus num. 158. & ſeq. Scribebat enim Carolſtadius: *Fidem Lutheranorum ſimilem eſſe magicæ fidei Ariolorum, & dæmonum,*

*Syncretiſſat. Pareus ſuis contradicit, Lutheranis adulatur.

Carolſtadius de Lutheranis.

num, se Dauidem esse, qui magnum Goliathum, Martinum solo prostrauerit, cœnã Lutheranam, satanicam esse idololatriam & Deum Papisticum. Lutherum esse nouum sophisticum Papistam, acutum sophistam, antichristi amicum posthumum, luxuriosum, nitidum, formosum sophistam, scripturæ deprauatorem, concionatorem dulciarium, Sacramentarium doctorem, scropham cum sanguine. Si hæc Patriarcha tuus Lutheri magister, & promotor vere dicit, quomodo vindex Euangelij est Lutherus? si falso, quomodo non immanis calumniator Carolstadius?

Commoda tam atrocium bellorum memorat *fatigationem, debilitationem, lacerationem hæreseon, oblectationem fidelium, & in veritate confirmationem,* quę ipsa cum insignia bona sint, Pareo ingentia mala videntur, torquentque furibundum senem acrius, quam vt tolerando sit dolori, nos tamen de illis Ecclesiæ Catholicæ commodis, Ecclesiarum malignantium incommodis pauca dicamus.

Lacerari hæreses, & in particulas com-

Commoda dissidiorum hæreticorum.

comminui, vt ordinarium eſt, ita magnum adfert veritati emolumentum: bellum hæreticorum, pax eſt Eccleſię, abſumptus in hoſtem domeſticum furor, vel omnino nullus, vel languidus, domituſq; venit ad exteros. Natura vero ἀιρέσεως eſt ſcindi, dum ſuæ quiſque electionis ſequitur beneplacitum, quod in multis vt multiplex ſit, & varium, neceſſe eſt. Deinde finis hæreticorum eſt, vt *abducant diſcipulos poſt ſe*. act. 20. 30. *Poſt ſe*, inquit, non viâ regiâ *poſt Chriſtum*, publico bono non laborat hæreticus, qui ſibi priuatim diſcipulos colligit, qui, vt ait Leo Papa, *ad ſemetipſum recurrit*. Non igitur mirari debemus, ſi innumera ſectarum diuortia experimur, cum potius tot capitum, opiniones ſibi ſuas libere eligentium, in vnum errorem conſpiratio eſſet obſtupeſcenda. Neque vero ſi exercitum cœcorum vaſto in campo oberrantium ſpectemus, ſi omnes in omnia alia abire, ſibi occurrere, in ſe impingere cernamus, admiramur; cum nec ſibi videre, nec monſtrare ſociis viam poſſint, ſi eodem trami

mite,inuariato ordine, abſque offenſa in vnum finem omnes tenderent,magnam ſpectantibus admirabilitatem facerent:non alia cauſa eſt diſſenſionũ hæreticarum,cœci ſunt,errare poſſunt & errant,in vnum omnes errorem cõſpirare non poſſunt;neq; hactenus cõſpirarũt. Interim dũ alij alios inclamãt, & in viam reducere conantur, miſerationẽ merito commouent vniuerſis.

Alterum hæreticorũ eſt detrimentum, orthodoxorum incrementum, & confirmatio, de quo aduerſarij eſt iniquiſſima expoſtulatio. Vident Catholici Apoſtatarum concertationes ab ipſis errorum incunabulis fortiſſimas,atrocitate diabolicas, multitudine infinitas, conſuetudine inueteratas,fœcunditate indies numeroſiores. Audiunt in vtriſque caſtris eâdem voce, pari confidentiloquentiâ iactari ſcripturam,nec ſcripturam modo,ſed claram,αὐτάρκη,ſolem,lucem. Sed quomodo eundem ſolem, lucem dicunt, & tenebras?ex eâdem luce liquentiſſimâ tenebras hauriunt,& lucem?ex eâdem literâ pugnantiſſimas ſententias ho-

Sectarum certamina firmant Catholicos.

* Solam ſufficientem.

hostiliter diuersas interpretationes: *Sol Lutheranus est*, inquit Wittenberga, *huc oculos flectite. Lux Caluiniana est*, clamat Gebenna. Digna res est, quam quisque perpendat, cur in re quam clarissimam iudicant, id quod clarissimum alij vident esse verum, alij multo clarius falsum esse intelligant. Certe non temere est antiquâ statione demigrandum, dum tantâ contentione de veritate certant, qui migrarunt, portum teneamus, qui enim soluerũt, iam medio pendent fluctu, & aut omnes à vero abnauigarunt, aut solum vna particula verum tenuit. Magnum Christiano pectori solatium est, difficilimâ ratione non obligari in Dei iudicio, cur veteres metas transilierit, cur hanc potius, quam illam sectam elegerit? Cõfirmãt nos ista dissidia; Antiquæ fidei nobis est, & bonę fidei possessio, fundus auitus hæreditariæ religionis; contra Caluinum, contra Lutherum præscribimus; à priscâ Martyrum Ecclesia, Lini, Cleti, Anacleti, Euaristi, Alexandri, non recedimus, ad Caluinistas non accedimus, nisi vicerint

rint Lutheranos, hos non audimus nisi ad sese traduxerint Caluinistas. Quæ enim, si vetera damnamus, de nouis amplectemur? An Wittenbergica? Non probabit hoc Pareus, & si ille probet, omnes tamen Zwingliani improbaturi sunt. *Caluinistæ, siue Schvvermeri Lutherum immanius persequuntur, quam Papistas*, si vera est querela Erasmi Alberi *p. 2. contra Maledictam Carolstadianorum doctrinam, num. 283.* Lutherum appellant (Zwingliani) *duplicem papam*, & alibi eadem in parte, *duplicem papistam*. Ein strobapst / ein bierbapst / *stramineum papam, Cereuisiarium papam*. Quomodo non igitur temeraria fuerit, & stolida transitio, quâ desineremus esse Romanopapistæ, vt reddamur Lutheropapistæ, vt transformati de simplicitate vetustâ, duplices simus Papistæ? Tamne malum est esse Papistam, vt præstet duplicem esse Papistam, ne sis Papista? Si ad Lutheranos accedimus, iudicio Caluinistarum instar Sosiæ omnes geminabimus facti bis Papistæ. Non iam illud moueo, quam leue sit, & inconsi-

Cur Lutherani nō fiamus.

 dera-

deratum,in quantam hominum facetorum vrbanitatem incidat,Deſerere Romanæ Eccleſiæ paſtorem, & ad ludibria cereuiſiariorum, & ſtipulaceorum Paparum adhæreſcere? vel me tacente culmiariſtæ, hordeum, lupulus ſaliſtarius iſta docebunt.

Cur ad Caluiniſtas non transfugiamus.

At dices: *Ad nos, ad nos venies, hic omnia protinus alba, hic roſa fit, quicquid calcamus; noſtra veritas eſt, Lutherani falluntur.* Hoc vt ita ſit, quî ſcire poteſt ita eſſe? Nam Lutherani obſtant, eorum hoc eſt de vobis iudiciũ, te teſte in reſponſione ad motiuam 18. *Exſtãt*, ais, *publicæ eorum* (Lutheranorum) *diſputationes in Academiis propoſitæ, atque inculcatæ iuuentuti: Caluiniſtas eſſe confeſſionis auguſtanæ alienos, pacis publicæ inhabiles, non eſſe Chriſtianos, ſed atheos, Turcis deteriores; Cacodæmonem meliorem ipſis de Chriſto fidem habere, Deum eorum eſſe diabolum, & id genus horrenda infinita. Quid reſtat, niſi vt carnificẽ ceruices eorum ferire iubeant? qui enim pacis capaces non ſunt, iis bellum, vtique, & gladius paratus eſſe intelligitur.* Hoc teſtimonium eorum eſt, quorum fra-

ter-

ternitatẽ, & dextras amicitiæ tam ſupplicitèr ambitis, quorum Synodos optatis, à quibus Syncretiſmos oblandimini. *Caue credas Lutheranis*, dices mihi. Sed quid ſi illis hac in re credam? *Mentiuntur*, inquies. Hoc ſi demonſtraueris, non credam illis nec idcirco tamen credam tibi, forte enim & tu mentiris. Nunc miror vos tam lente ferre, quæ fratres veſtri vobis imponunt, niſi vera eſſe cognoſceretis. Neque ad Caluiniſtas igitur declinare poſſumus, niſi Lutheranis illi ſe purgarint. Antiquæ itaque fidei poſſeſſionẽ tuebimur, neque ad hos, neque, ad illos deflectemus, contumaciam obiiciunt, ſed conſtantiæ nouimus eſſe, nõ moueri omni vento doctrinæ ; prudentiæ cœleſtis eſſe donum, eo nauem vitæ, & religionis dirigere, quo tot Martyrum, & Sanctorum carinæ iêre, curſum proſperum tenuere, & æternę quietis portu conſederunt. Non eſt contumacia talium imitatio, ſed leuitas ſumma, vt leniſſime dicam, à tã ſanctis, & cõcordibus, ad ſectarios mutuo teſtimonio tam deteſtabiles defectio.

CAPVT III.

Aliorum de concordia iudicium.

DE Pſeudoeuangelicorum concordia conciliandâ, ipſi conciliatores, teſte Pareo, diſſentiũt, adeo negocioſum, & arduum eſt hoc negocium. Quidam enim moderata Theologorum ſcripta ſufficere arbitrantur. Alij adiungunt ſcriptis placida colloquia, alij Synodum ſollennẽ, & vniuerſalem. Sunt qui his nihil effici poſſe iudicant, niſi mali renouationem, & conduplicationem. Scribere, diſputare, ignem igni, oleum camino, morbo morbum addere, hydram ſecare, lutum luto lauare clamitant; hactenus litibus ſatas eſſe lites, & per tot tentamenta conciliationum, à fumo in flammas plerumque itum, itaque armis agendum, incendium, alterius partis ruinâ, obruendum, ſopiendumque. Ita Conciliatores Pareani. Vellẽ orationes, ſupplicationeſque ad Deũ, pœnitentiam, caritatis, & modeſtiæ ſan-

Sententiæ quinque de concordia Euangelicorũ.

ſancta exempla adiungerent, verum quia de ſcammate egredi nolo, nec leonis exuuiũ crocoto inducere, hanc illis, quam præſtare debebant, partem remitto. Quintam ſententiam, quæ plurimorum eſt, imo pene omnium, à Pareo omiſſam memorare debeo. Scilicet: Mutuis conuitiis, calumniis anathematiſmis aduerſarios eſſe terrẽdos, infamandos, eliminandos. Hoc enim cum faciant gnauiter omnes Lutherani, & Caluiniſtæ dubio procul faciendum eſſe iudicarunt, neq; enim ſine προβουλίᾳ & προαιρέσει, tot maledica volumina orbem terrarum inceſtant. Ita Lutheranos facere Caluiniſtæ docent tum innumeris ſcriptis, tum Epiſtolâ fictitiâ Polycarpi Leiſeri ad Iacobum Andreæ, cuius fragmen elegantiæ cauſa deſcribam. *Sed ego vos oro*, (inquit Polycarpus) *vt fortiter condemnatis Caluiniſtas, & ſi hoc non facitis, diabolus erit Abbas, quia illi ſunt valde percurſiui in libris ſuis, & nos nõ poſſumus illos alio modo ſuperuincere. Ante omnes autẽ vos debetis aduidere, ne audiãtur, alias diabolus nos permerdabit. Quando*

* Conſilio matuio, & deliberato.

accusatis eos apud magnos dominos pote-stis dicere, quod Caluinistæ non credunt Christum esse omnipotentem, & alia quæ bene scitis, quia in mentiri mille artifex estis. Hos nemo Lutheranus vobis pro malo habebit, & est paruum peccatiolũ, quod non habet multum super se. Nec idem se facere negant Caluinistæ; quocirca Beza omnia scripta eristica, etiam propria damnat, odit, ignibus adiudicat. Sed de his posterius agendum.

CAPVT IV.

An scriptiones Euangelicorũ hactenus profuerint?

PRofuisse, & prodesse asseuerat, quia orthodoxia istis longe lateque sparsa sit. Causam vero cur publica certamina sopita non sint, partim confert in Lutheranos, qui libros Caluinistarum prohibent, partim in vtrosque, quia maledice scribunt. *Vtinam*, inquit, *Brontes aliquis, aut Vulcanus ipse omnes illas maledi as chartas, quæ orbem Christianum hactenus perturbant,*

Libri Caluinista[illegible] rogo digni.

bant, deuoraret, vt aliæ magis sobriæ vtrinque locum inuenire possint.

Profuisse ne ego quidem inficior. Primo serendis, alendis erroribus, moribus corrumpendis. Sic obscena Bezæ carmina prosunt prostibulis, sacris paphiis, & Cythereis, improba enim ad nequitiam, libidinesque documenta, & adiumenta conferunt, plus etiam in eam partem valent, quam veterum *ἐρωτικὰ, quam Epicuri κυρίαι δόξαι, non enim modo illa docent, sed vehementer incitant mollissimâ adulatione animos, cum negant initiatis suis imputari, quæ improbe fecerint.

Librorum Caluinianorum vtilitas.

*De amoribus.

* quam ipsa Epicuri doctrina.

Secundo Profuerunt etiam, & prosunt veritati, non ex proposito scribẽtium, sed prouidentissimâ æternæ bonitatis ordinatione, quæ de virulentissimo veneno remedia manare iussit, qui pestilentiosos labores in bonum electorum suorum cooperari, & de acerbitate inimicorum, vulnera suorum fidelium sanari voluit.

Quanto enim Catholicæ Ecclesiæ emolumenta contingere experimur,

vt hoſtes illius mutuis accuſationibus, teſtium productionibus, conflictibus ſe cognoſcendos præbuerint? Eccleſiam, deſertor orthodoxiæ, oppugnare cœpit Lutherus, mox ex eius contubernio Carolſtadius, Creucigerus, Melanchthon, aliiſque egreſſi, totam ſectæ fœditatem detexere. Eccleſiam parte aliâ vexauit Zwinglius, & Caluinus, at quales illi fuerint, ſintque hodie illorum poſteri, ſine noſtro labore, & inuidiâ, mundo patefaciunt Lutherani. Si enim vel milleſima pars eorum quæ in Cinglianos ſcribunt Lutherani, vera eſt, neceſſe eſt hominum profligatiſſimos, extrema meritos exempla eſſe Cinglianos, & è contrario ſi Zwinglianorum de Lutherianis nos præconia non fallunt, inteſtabiles ſunt Lutherani. Neque nos poſſumus diuerſum iudicare: Si enim vtrique parti in aduerſarios crimina tam atrocia conferenti credimus, vtramque mendacij, calumniæ, blaſphemiæ, impoſturæ, crudelitatis accuſare cogimur Si neutri credimus, neutram abſoluere poſſumus, neque enim

Ex mutuis litibus cognoſcimus ſectarios.

enim innocentes esse possunt, qui alienam innocentiam tam calumniose, tam furiose, tam crudeliter oppugnant.

Nobis, inquit *Pareus*, *credes*, *Lutheranis non credes*. Quasi vero non eâdem illi lineâ occurrant è diuerso, dicantque. *Nobis credes non Caluinistis*. Quid enim si illis credidero? *Errabis*, inquit, *mentiuntur illi, nos sancti sumus, & innocentes*. Quid si ego ne hoc quidem credo? si meæ * ἐποχῆς, & hæsitationis causam ex te adfero? Brontem, & Vulcanum in chartas maledicas ipse inuocas, agnoscis ergo chartas in parte Caluinianâ dignas flammis vltricibus, dignas Siculis, caminis, orbis Christiani turbatrices, parum sobrias, hoc si me tibi vis credere, abrogare fidem libris tuis, tuorumque permitte: vt namque scriptis illis credam, quas auctores ipsi parum sobrias iudicant, à me nisi impudentissime postulari non potest.

Suspensi assensus.

Laudo interim de exurendis Caluinianorũ scriptis iudicium Calui-

nistæ, & votum. Nam reuera Deucalioni, vel Phaethonti, siue vt mauult Pareus Vulcano debentur, vnde etiam concludimus sanctissimum esse principum Christianorum zelum, libros illos, quos igni Pareus legat, ditionibus suis arcentium, non enim lectore illis opus est, sed rogo.

Iure ne principes vetent libros Caluinianorum.

Ferte citi flammas, date tædas, vrite libros.

Pareus ita vouit, scelus est in opere tam pio negligentem esse. Non dubito hominem occultâ vi conscientiæ contumaciam assiduo verbere pulsantis, in eam confessionem adactum, quâ maiores, & collegas, & se ipse infamaret. Idem tormentum Bezæ etiam cõfessionem extorsit, coll. M. ompelus, pag. 268. *Conuitiis*, ait, *Ecclesia dei non ædificatur; quæ cum in vtriusque partis scriptis reperiantur, vellem piâ con ordia constituta, simul omnia combusta esse. Fateor à me multa esse scripta, quæ vellem non esse scripta. idem te quoque sentire existimo.* Hos ergo conscientia, mille testes, nequitiæ redarguit, at Iacobus

An-

Andreæ liberior facile eam suppressit, fidenter etenim asseuerat: *Quod ad me attinet, dico me eorum, quæ de hac materia scripsi, neque pœnitere, neque pudere. Scio enim vera, & verbo domini, & analogiæ fidei Christianæ consentanea esse.* Vrget tamen Beza; *vtrimque, scriptis peccatum esse.* Si scriptis fraternis ita peccasse fatentur, vt incendia meriti sint, quid sentiendum de hostilibus in eos, quos iudicant esse antichristianos? Hæc tum quidem ille, sed non immerito dubitet quispiam serione Beza, & Pareus maledicta sua detestati sint? & an factum noluerint? Nam Beza post publicam illam in colloquio protestationem, in Iacobum Andreæ, Osiandrumque, aliosque non minus, quam antea fuit amarulentus,! declarat vel sola *præfatio responsionis tum prioris tū posterioris ad acta colloquii Mompelgartensis, vbi mendaciorum, calumniarum, fraudum reos peragit Lutheranos, in ipso tractatu Idololatriæ, & variarum hæreseon incusat, nihilo factus seipso mitior.*

Maledictiam suam non serio detestantur Caluinistæ.

An sua suorumque maledicta Pareo displiceant difficilior est quæstio,

du-

dudum ille in Lutheranos asperrimus cornua sustulit, & nunc homo suauis, homo Gellianus, *pacificorum desideriis votiuos libros dedicans, omnes maledicas chartas* in Lemnias fornaces amandans, in ipsa pacificationis tractatione modestiam ne simulare quidem potest. *Naturam expellas furca, tamen vsque recurret.* Pauca notaui de multis, quibus odium male tectum exæstuat. cap.11. *Ac edit iam nouum incendium vbiquitarium, Eutychiano haud dissimile.* cap.13. *Lutheri discipulos* vocat *degeneres, qui virtutum eius ne vmbram quidem habeant.* cap. 14. *cruentos appellat Theologos, non atramento, sed sanguine scribentes.* cap. 5. *odium eorum immane, & implacabile virus, salem infatuatum, lumen factum tenebras* adeo miratur, vt exclamet : *ô tempora, ô mores*, cap. 24. *Eorundem* * ἀῤῥωςίαν, κακοήθειαν *incogitantiam, cum papistis consensionem, ridiculas, & malitiosas criminationes.* cap. 28. *Putida cauilla, sophisticationes, detorsiones, virulentas, & palam falsas insectationes, in quibus spiritum non esse certum omnes ho-*

* Infirmitatem, prauitatē.

homines habeant, ſine diſſimulatione recenſet. In eorum libris *multa eſſe paradoxa*, *& longe horribiliora*, *& falſiora dogmata, quam ſint, quæ Caluiniſtis ipſi imponunt*, quorum etiam catalogum contexit, Videantur & *reſponſiones ad motiuam*. 2.11.12.13.14. Iure ergo, quo qui optimo Principes Lutherani, & Reſpublicæ etiam hunc librum votiuum Parei proſcribent, quia nihilo melior eſt illis, quos ipſi auctores * καίπερ τὰ ἑαυτῶν ὑπεραγαπῶντες optant exuſtos.

*Etſi ſuorum amãtiſſimi.

Deinde eſt hæc Neoptolemi, vt prouerbio dicitur, vindicta, viciſſim ſuis exemplis Caluiniſtæ petuntur, typographia Gebennæ, Tiguri, Bernæ, Haidelbergæ Lutheranis clauſa ſunt, cur non lege eâdem vtantur Lutherani? Quid facere ſoleant Caluiniſtæ, domeſtico exemplo Haidelbergenſium oſtendam. Decem profeſſores Haidelbergæ officio, ſtipendioque priuarunt, quod adoleſcentes ad conciones Caluiniſticas cogere recuſarent, ſtudioſos minis, & plagis â Lu-

Libros Lutheranorũ vetant Caluiniſtæ.

Lutherano Catechiſmo ad Caluinianum adegerunt, omnes Cathechiſmos Lutheri collegio ſapientiæ excluſerunt, vt habetur *in relatione de eis quæ in Palatinatu electorali circa Religionis mutationem contigerunt, pag. 378.*

Non tamen diſſidij perſeuerantis eſt cauſa, librorum eriſticorum vtrinque inhibitio, quin potius libri illi machæræ ſunt, quibus ignis odiorum, & controuerſiarum continuo foditur, ne conſopiri aliquando poſſit. Quis enim ignorat quanta ſit, in ipſis nundinis Francofurtenſibus librorum coemendorum, vendendorumque licentia, nec tamen Francofurtenſes magis fauent Caluiniſtis, quam Saxones. Deinde cæteris in vrbibus magnopere Caluiniſtarum ſcripta nemo vetat, imo niſi verum inficiari volumus, fatendum eſt, nuſquam magis religionis tumere lites, quam illic, vbi maxima eſt libertas diſputandi, & ſentiendi, nuſquam aſperiores in Caluinum animos, quam vbi doctrina eius cognoſcitur. Poſtquam igitur permiſſa ſcribendi, legendi, credendi, iudicandi omnia poteſtas,

Insonuêre tubæ, ac scisso discordia crine,
Extulit ad superos stygium caput: huius in ore
Concretus sanguis: contusaque lumina lugent:
Et stant irati scabrâ rubigine dentes,
Tabo lingua fluens, obsessa draconib. ora,
Atque inter toto laceratam pectore vestē
Sanguin am tremulam contorquet lampada dextrâ.
Vibrat & ex omni feralia fulmina tēplo.

CAPVT V.

An colloquia hactenus recte processerint?

HOrribiles, & tragicos colloquiorum exitus fuisse Pareus concedat necesse est, itaque ca 3. fatetur *collocutionibus, & congressibus illis oleum camino additum*, reos facit Lutheranos, *vt quibus propositum non fuerit veritatem assequi, sed victores videri, qui æquas disputandi leges recusarint. Deinde non ideo nullam colloquiorum vtilitatem constitisse, quia conciliatio non sit* Colloquiorum exitus.

secu-

secuta. Nam Marpurgi anno 1529. inter Lutherum, & Zvvinglium vno congressu per omnia firmatum fuisse consensum: sola reali corporis Christi præsentiâ in pane Eucharistiæ exceptâ. Tertio, colloquia Melanchthonis, Buceri, Martyris cum Papistis Ratisbonæ, Wormatiæ, Oxonij fructuosa fuisse. Quarto Colloquia inter Euangelicos instituta Haidelbergæ, Mulbrunnæ, Mompelgarti tales exitus sortita esse, quales vtraque pars voluit. Neutra enim à proposito dimoueri, vel in sententiam aduersariam trahi voluit, aut potuit animi vero vtrinque exacerbati sunt. Denique hæreticæ prauitatis exemplum esse Iesuitas, quibus quoties in colloquio Ratisbonensi fauces constrictæ tenerentur, vnicus hic spiritus restabat, vt aduersarium non respondere Ad formam, Ad formam exclamarent.

Quo animo colloquia instituant.

Tantum de Colloquiorum vtilitate aduersarius. Quali ad certamina illa venerint animo Lutherani, veritatis & religionis tuendæ causa, an vanitatis, & ostentationis, non est meum hoc loco disputare, Lutherani Caluinistas in causa esse volunt, Thuscoque,

vt aiunt, iurgio ſe excuſant, aduerſarios incuſant. Hoc igitur prælium placida ipſi inter ſe pace componant. Per magnum etenim periculum eſt, ne nullum nos iudicemus, eo, quâ oporteret, animo acceſſiſſe, cum in omnib. odia, ambitio, auaritia, ira ſupra humanum modum appareat, ſigna humanitatis, modeſtiæ, benignitatis, manſuetudinis vel nulla, vel certe fallacia Sed litem hanc ipſi, qui ſuſcitarunt, componant Atridæ, ὀυ μέλει ἱπποκλείδῃ. Illud magis ad rem pertinet, quod *de legum in colloquiis æquitate* queritur; à Lutheranis *non ſuſceptâ*, plurimi enim intereſt, quibus legibus colloquia inſtituantur, cum ex agendi ratione, cauſa bona damnum facere, & mala reddi poſſit ſpecioſa, verum de iniquitate conditionum in colloquiis à Caluiniſtis vſurpatâ, maior eſt, & vehementior querela Lutheranorum, an etiam iuſtior, nō diſputo. Legantur quæ habet *relatio de mutatione religionis in Palatinatu factâ*, de poſtremâ loquor.

Non curat Hippoclides.

Mutatio religionis in Palatinatu.

Cum enim à Catholica ad Luthe-

rum defeciſſent, quæ fuit prima ſeceſſio, deinceps continuâ agitatione iactati ſunt, Fredericus induxit Caluiniſmum, excluſo quoad potuit Lutheraniſmo, Ludouicus F. F. Lutheraniſmum proſcripto Caluiniſmo reuexit, Ioannes Caſimirus Caluiniſmum reſtituit, nutantibus, & ſuſpenſis ſemper ad nouas fidei normas populis, Euangeliumque Saxonicum, & Gebennenſe ex æquo contemnentibus. Poſtrema mutatio à colloquiis cœpta eſt, conditioneſque iniquiſſimas ſubire ſe coactos aſſerunt Lutherani, de quib. publice coram Illuſtriſſimo Caſimiro proteſtantur, monent principem, *Eccleſiaſtica iudicia cum ſummâ iuſtitiæ obſeruatione fieri debere, non poſſe ſe ſine certis legibus in diſputationem venire, non poſſe cum Toſſano aduerſario, eâ, quam ipſe dixit, lege contendere, libellum accuſationum ſibi intentarum deſiderare, & iure poſtulare.* Eo vſque tandem importunitas Toſſani, & aulicorum miſeros adegit, vt in cœlum exclamare cogantur. Verba ſunt Timothei Kirchneri vnius è Lu-

Preſſi Lutherani in cœlum clamant.

the-

theranis prædicantibus. Herr Gott/ was wil dis werden/wir können / vnd willen sie (die newe prediger) one vorgehēde vergleichung des proceß / wie es in vorstehenden colloquio sol gehalten werden/nicht ferner hören/oder vnß dergestalt mitt ihnen einlassen/dan auß solcher action nichst guts erfolgen kan / wir bitten vmb Gottes willen: Administretur nobis iustitia. Man wölle vnß gerechtigkeit widerfahren lassen / wan dieses das colloquium sein sol / so kan / oder wil ich nitt bey sein / sintemal ich leicht sehen kan / wo dieses alles hingemeint. Domine Deus, Hęccine fieri? nec possumus, nec volumus absque constitutâ processus in colloquio seruandi pactione nouos prædicantes audire, negociumque cum illis pertractandum vllum suscipere, huiuscemodi namque actionis esse bonus exitus non potest. Per Deum obtestamur; *administretur nobis iustitia*, Si hoc erat illud colloquium, adesse non possum, siue nolo. facile namque prospicio quid his cœptis struatur. Hæc ille in conspectu principis cum dixisset, mox foras se proripuit, quem collegæ secuti sunt, nec vanus omnino timor, exeuntibus quidam è consiliariis insusurrauit; Mein gnädiger Herr/ist dennoch ewer herr. *Clementissimus Dominus meus, nihilominus est vester Dominus.*

Haud obſcure de contempto principe fugientes accuſans, & alius: *Hæc eſt fraterna, & Chriſtiana dilectio*: nec deerant qui dictitarent, eos adeo proteruos fuiſſe, vt pœnam capitis in eos decernere iure optimo princeps potuiſſet, legatur ſupplicatio dolentium, & timentium pag. 72.

Fructus diſputationis Haidelbergenſis.

Colloquium conſecuta eſt diſputatio cum Grynæo, violenter academicis impoſita, in quâ notarij, & protocollum negatum eſt Lutheranis, conſtitit tamen & illo modo acerbiſſimæ diſputationis vtilitas, Grynæus enim frequenti pedũ ſtrepitu ab auditorib. exploſus, nã teſtimonium, quod templorum valuis, & publicis locis affixũ tulit, in gratiam Haidelbergenſium deſcribere operæ precium duxi vt iuuentus quæ nunc eſt Haidelbergæ cognoſcat, quis tum ſenſus fuerit academiæ, & academicæ iuuentutis. Teſtimonium ita habet.



STV-

STVDIOSA IVVENTVS HAIDELBERGENSIS OMNIBVS

Lecturis salutem.

CVM D. Ioannes Iacobus Grynæus, per integrum hoc octiduum in Disputatione extrauagante, toties ad iudicium nostrum prouocârit: agnoscimus sane nos veritati debere testimonium, & rogatos dissimulare non posse, quæ nostra sit de eius dicteriis sententia. Et quanquam in ipso Disputationis progressu, cum aliter non liceret, nutibus & pedum strepitu, hoc ipsum testati sumus: tamen cum crebris suis ἀποσϛοφαῖς censuram nostram efflagitarit, hoc etiam scripto testatum facimus: Ioannem Iacobum Grynæum, non Disputatoris, sed Calumniatoris, non Theologi, sed Sophistæ partes egregie sustinuisse. Principia Philosophica, & Theologica impudenter negasse: scopum controuersiæ deditâ operâ de-

clinaſſe: nihil ad rem reſpondiſſe: ſemel conceſſa, & data mox reuocaſſe: cœlum, & terram miſcuiſſe, vt elaberetur: & nihil non tentaſſe, vt nuper natam Sacramentariam opinionem tueretur: Præceptores noſtros, & miniſtros Eccleſiæ noſtræ Heydelbergenſium ſinceros, & conſtantes, ſuo præiudicio grauaret, & bleſa eloquentia, infirmiores in ſuam ſententiam pertraheret. Tantum autem abeſt, vt nos à piâ confeſſione rancidis ſuis declamationibus dimouerit, vt etiam amplius in veritate confirmarit. Miramur etiam, hominem, alias non indoctum, tam leuiter linguam ſuam venalem proſtituiſſe, nouo exemplo ſe in noſtram Academiam intruſiſſe, & quantum in ipſo fuit, priuilegia, non tantum Philoſophicæ, ſed etiā Theologicæ facultatis, labefactaſſe. Sed mirum non eſt, Apoſtatam ſui ordinis fieri perſecutorem. Noſtrum hoc breue, ſed rerum illi teſtimonium nunc ſufficiat. Quòd reſtat, aliâs publico ſcripto explicabimus, vt intelligat noſtram illi cenſuram non defuiſſe.

He-

Heidelbergæ. 11. Aprilis, Anno &c. 84.

Ἐξ αὐλογεάφου.

T. I. M.

ILle quidem colloquij processus fuit & fructus, sed dispar tandem exitus, victores enim Lutherani, (nam bonam causam, hoc est, Christi verba: Hoc est corpus meum defendebant) toto Palatinatu pulsi sunt, & victi Caluinistæ, quia plus poterant, eorum * ἐπισκοπὰς obtinuerunt, & parum hoc erat, nisi insuper *Vbiquitatis* quasi emorientis *testamento* conscripto, & sarcastica consolatione exulibus insultarent. Procul tum erant fraterna verba Parei, nulla tum syncretismi mentio, cum de repente solum vertere cogerentur, cum Tossani violentia nusquam consistere pateretur eos, quibus nunc vt fratribus blanditur Pareus, id machinatus, vt exemplo Palatinensium agitet Wittebergenses.

Exitus disputationis Haidelbergensis.

*Episcopatus.

Quia vero colloquij Mulbrunnensis mentionem facere ausus est, de eius fructuoso exitu dicendum est.

Exitus colloquij Mulbrunensis.

* Amphictyoum concilium.

Inſtitutum eſt illud * ἀμφικτυονικὸν συνέδριον anno 1564. inter Wirtenbergicos Lutheranos, & Palatinianos Caluiniſtas, hinc Frederico Palatino, illinc Chriſtophoro Wirtembergico illuſtriſſimis principibus præſidentibus, diſputante Iacobo Andreæ cum Oleuiano, Boquino, Vrſino Caluiniſtis. Pactum fuerat, ne protocollum ederetur, * αἰδέονται γὰρ Τρῶας, καὶ Τρῳάδας ἑλκεσιπέπλους, non tamen pactis conuentis ſtatum eſt, quamuis ſoli principes actorum cuſtodes eſſent deſignati, omnia legum, promiſſorumque vincula abrupit oſtentatio victoriæ, etſi enim in ipſa collocutione vtcunque ſeruata eſt modeſtia, principum præſentiâ petulantiam coercente, finis tamen Amicæ *conuerſationis, & Chriſtiani colloquii*, vt ipſi in concluſione vocant, is fuit, vt qui antea duntaxat ſententiâ diſcordes erant, nunc priuatim etiam, & capitaliter quidem diſſiderent. Anno 1565. rupto fœdere protocollum editum eſt Tubingæ, ad quod ſe coactos profitentur Wirtembergici, quod Haildelbergenſes *illud*

* Verentur enim Troas, & Troadas pepla trahentes.

malâ

malâ fide excuderint. In Haidelbergensi enim, *aiunt, multiplices defectus fuisse, Theologos Haidelbergenses in rem suam protocollum accommodasse, infideliter egisse, præfationem cum præiudicio aduersæ partis præfixisse, in qua omne virus, & bilem in Lutheranos effuderint. Has illorum nugas inutiles, venenatos aculeos, impudentia mendacia, horrendas calumnias retundere se officij sui esse arbitratos.* Hęc, atque his similia, Lutheranorum præfatio in Caluinistas congerit, itaq; incensis vtrinque furiali contentione animis, colloquij fructus is fuit, vt quod secreto illo latuerat, in conspectum se dederit, & princeps vterque ad dogmata suorum defendenda propagandaque maiore zelotypia exarserit.

Nec veritus est colloquij Mompelgartensis exemplum producere, cuius ille finis fuit, vt mirum sit ad eius recordationem Caluinistas non obmutescere, qui non modo in causa malâ sunt victi, sed bonam etiam causam contra monstrosam vbiquitatem inconstanter egerunt. Scopus quidē

Colloquij Mompelgartensis fructus.

is fuit quem princeps Wirtebergicus Fredericus in præfatione commemorat, *vt partis vtriusq; animi propius iungerentur*. Quantum vero spem principis, procerum exspectationem, & plebis ardentia vota fefellerint, ingentes animorum exacerbationes, & pugnæ deinceps docuerunt. Quia vero illustrissimum fuit ex omnibus colloquiũ Mompelgartense, vtpote, in quo duo Papæ, Iacobus Germaniæ, Beza Gallię (ita enim Iacobus Andreæ se, & Bezã nominabat) singulari certamine, ex prouocatione commissi depugnarunt in eius vtilitatibus recensendis Parco succurram.

Prima vtilitas Colloq. Mompelg.

Primo, Cognita est Gallicanis rudioribus dissensionum inter suos, & Lutheranos multitudo, grauitasque, quas magno artificio prædicantes occultarent. Baro enim Cleruantius serenissimi Regis Nauarreni apud Principes Germaniæ legatus eâ in opinione fuit, cum aliis quam plurimis in Galliâ, vt putaret, de cœnâ duntaxat bellum esse cæteris in rebus pacem coli, quem illi errorem eximit Iacobus

us vt initio colloquij scribitur, pag. 4.

Secunda vtilitas.

Secundo, Non modica illa censenda est vtilitas, quod princeps Fredericus, quem multi ad partes Caluinianas inclinare arbitrabantur, (vt constat ex Epistolâ à Beza præfationi responsionis ad acta colloquij insertâ) illud dogma exhorrescere, & serio detestari cœperit, atq; execrari, quin & coram suis expresse confessus est, se nunquam credidisse, tantam impietatem sub dogmate Caluiniano latere, seque per omnem vitam suam studiose daturum operam, ne in hos Labyrinthos incidat: ita epist. Osiandri ad Polycarpum Leiserum, ita etiam paginâ 549. Coll. Mompelg *Cum tam absurda, horrenda, & manifeste impia à Beza dicerentur, cum principia negaret & apertissimis scripturæ testimoniis contradiceret, omnem piis mentibus consolationem auferret, princeps disputationem abrupit.* Non exiguus sane fructus, à tanto principe, cuius in Caluinianos nondũ cognitos fuit prolixissima liberalitas, Caluinismi cōdẽnatio pronũciata.

Ter-

Tertia vtilitas.

Tertio, Nec tristi tantum princeps sententiâ hostes veritatis afflixit, sed disputatores etiam ipsi humanitatis simulationem perdiderunt, pro fratrib. enim se mutuo agnoscere longe recusarunt, pag. 567 asserunt Lutherani. *Non ignorare Caluinistas quam horribilium errorum, & taterrimarum hæreseon in suis scriptis, coram Ecclesiâ ipsos reos egerint, ideoque se mirari, quomodo eos pro fratribus agnoscere possint, aut velint, aut eorum fraternitatem expetant, si pro talibus agnoscant, qui damnatas hæreses ab orco reuocent, & Ecclesiæ Dei obtrudant. Contra vero, in quibus, & quam tætris hæresibus ipsi versentur, hac collatione eis demonstratum esse,* In quibus *cum adhuc perseuerent, ipsos intelligere, quod eos pro fratribus agnoscere non possint, haud grauatim tamen dextras humanitatis porrecturos.* Hæc magnâ constantiâ respondentibus Lutheranis, non minore præsidentiâ, & * μεγαλνγοςία occurrit Beza, *Quia dextras fraternitatis nobis porrigere recusatis, & nos pro fratrib. agnoscere non vultis,* AMICITIÆ DEXTRAS ETIAM NOLO. Tum Iacobus An-

* Magniloquentia.

Andreæ. *Ergo intermittatur: & ſic diſceſſum eſt.* Magno igitur impendio & labore hoc ſolum actum eſt, vt qui ante in religione duntaxat ſibi aduerſabantur, nunc amicitiæ, & communis humanitatis dextras recuſent.

Quarto; fructum colloquiorum collocutores ipſimet in ipſa contentione ſenſerũt, acerbiſſima enim ſcripta terrore non panico timuerunt, p. 568. Euentus autem, quod præſagiit animus, probatum dedit, notæ Lutheranæ, quas ad theſes Caluiniſticas de prædeſtatione adiecerunt, mera fulmina ſonant, & anathemata, Exempli cauſa. *Horrenda vox, horrenda, & abominanda hæc vox eſt, manifeſta ergo impietas eſt, & doctrina abominanda contra expreſſam literam, manifeſta verborum Chriſti deprauatio, ſummam impietatem eſſe dicimus, horrendum auditu eſt. Horrendum, & abominandum eſt.* Si fructibus huiuſcemodi colloquiorum delectatur Pareus, cauſam non dico, quo minus quam plurima, & creberrima inſtituenda eſſe iudicet, ſed fructus ille eſt, vt dici ſolet θήσαυρος ἄνθρακες.

Quarta vtilitas.

Theſaurus carbone.

fru-

fructus amarus, genimen labruſcæ.

Quinta vtilitas.

Quinto. Vt galli exules communione Mompelgartenſis Eccleſiæ excluderentur, pag. 570. 571. Intelligerentque principes Germani exiliorũ cauſas non fuiſſe religionem, ſed horrendas, & abominandas impietates, quantumuis ſibi adulantes tam tætris opinionibus pietatis titulum prętexerent.

Sexta vtilitas.

Sexto, Nec denique in infimis ponenda vtilitas illa, quod Galli exules Bezano inſtituto, prædicantium ſuorum conſiliis vſi, in falſi, & ſuppoſititii inſtrumenti confectione deprehenſi, & à fictitio Euſebio male defenſi, declarati ſunt eſſe falſarij, vt habetur in eodem colloquio pag. 574. & 575.

Plura de Colloquio Montisbelgartenſi dixi, quia maxime in eo ſe inimicitiæ, & diſſenſiones ſectariorum exeruerunt, aduerſarius tamen vt ad noua Colloquia incitaret, exemplo trium colloquiorum vſus eſt, quia vero aliorum ſimiles exitus futuri ſunt, non minimam licebit animis piis ad veterem patrum noſtrorum fidem, ſpe-

ſperare acceſſionem, ſi Caluiniſmum cum Lutheraniſmo totis viribus, ordinatis odiis quotidie concurrere intueantur, ſi potentiâ politicâ premi infirmiores cernant. Sic namque olim Haidelbergâ pulſi Lutherani, quia brachio ſæculari armati Caluiniſtæ plus poterant, Poſt Mompelgartenſe afflicti Galli exules, quia regnabant ibidem Lutherani. Poſt Mulbrunenſe in Wirtembergicâ Caluiniani, in Palatinatu Lutherani deteriore conditione fuêre, pro diuerſo principũ in hos, vel illos affectu, quem prædicantes aſſiduo concionum, & ſcriptionum flabello concitabant.

De aliis colloquiis.

De Marpurgenſi Colloquio cuius acta recitat c. 20. dicam ſuo loco.

De Ratisbonenſi, Wormatienſi, Oxonienſi, cum de Colloquiis orthodoxorum cum hæreticis ſermo erit, diſputabo, nunc hæreticorum colloquia examinamus. Cæteroqui in Catholicorum contra hæreticos diſputationibus pleraque ſunt quæ perfidiã ſectariorum faciunt inexcuſabilem, in Ratisbonenſi patuit fraudulentia

Bu-

Buceri, quã ipſi execrati ſectarij diſ-
ceſſerunt. Wormatienſe colloquium
ſine puluere, & ſanguine victoriam
contulit. Duodeni erant Noueuan-
gelici, diuiſi ſunt mox bifariam, hinc
quini, inde ſepteni, dies ſexdecim al-
tercando, domeſticâ contentione
traxerunt, ſepteni quinos pepulerunt,
plures namque erant, nec tamẽ quin-
que illi excommunicati à genuinis Lu-
theranis deſerti ſunt, Ambsdorffius,
aliique pro infirmiore parte ſteterunt,
ſepteni illi victores Schwermerorum,
ſeu Fanaticorum nomine infamati
ſunt. Oxonienſi conuentu res Catho-
lica præclare defenſa eſt, ſed violentia
regnantium oppreſſa.

Concludo igitur eodem argumen-
to è diametro pugnantem Pareo ſen-
tentiam. Colloquio Haidelbergenſi,
Mompelgartenſi controuerſiæ auctæ,
odia exaſperata, perſecutiones in alte-
rutram partem accenſæ, nulla fuit igi-
tur Colloquiorum vtilitas, aut quæ
fuit, noſtra fuit, non hære-
ticorum.

CAPVT VI.

An Theologi Societatis Iesu in Colloquio Ratisbonensi hæreticæ prauitatis exemplum dederint?

NOn poterat ne hoc quidem ſine calumniâ capitulum prætereire; Calumniatur audacter, vt ſemper aliquid hæreat, vt ſi virus in mortem non valeat, ſanitatem minimum delibet. Quodnam peruicaciæ exemplum dederunt Catholici collocutores? *Cum illis*, inquit, *vi veritatis constrictæ fauces hærerent*, AD FORMAM, AD FORMAM *exclamabant*. O quam grande nefas, & morte piandū, declamantes temere rabulas ad Syllogiſticam methodum, rationemq; diſſerendi, indagatricem veri conſtantem, & ineuitabilem, quaſi in gyrum diſputationis, & modeſtiæ reducere, inanem * φλυαρίαν, & rethoricationes præcidere. Ac primo quidem argu- Forma Syllogiſtica vrgēda. * nugationem.

D men-

mentandi normam ſeruari oportere, ne ipſe quidem negat, difficulter vero intra metas iſtas poſſe coerceri Lutheranos experientia ſæpe edocuit. Exemplum Coll. Momp. pag. 118. & 119. proferam.

D. Iacobus.

Quiſquis manducat panem cœnæ Dominicæ, is manducat corpus Christi.
Impij manducant panem cœnæ Dominicæ,
Ergo Impij manducant Chriſtum.

D. Beza.

Probetur maior propoſitio.

D. Iacobus.

Paulus ſcribit 1. Cor. 10. *Panis quem frangimus communicatio corporis Chriſti eſt, non dicit remiſſio peccatorum, ſed communicatio corporis Chriſti.*

D. Beza.

Proba per Syllogiſmum.

D. Iacobus.

Scripturæ non indigent, vt probentur per Syllogiſmum, ſed propter auctoritatem diuinam illis creditur.

D. Beza.

Fac Syllogiſmum.

D. Iacobus.

oc nouum, & in omnibus scholis inaudi-
m est, scripturæ testimonia per Syllogis-
um probari.

D. Beza.

c Syllogismum.

Ecce tibi Bezæ in misero Luthera-
exagitando, formaque perurgen-
importunam peruiuaciam, & Iaco-
in bonâ causâ difendendâ ex diale-
ices ignoratione indignam fluctua-
onem.

Licuit in malâ causâ Bezæ, cur non
optimâ liceat Tannero? non lice-
t, inquam, quod diserte, & expresse
ge cautum erat? verba legis erant:
ngula argumenta in formâ dialecticâ
igulatim, & seorsum discutiantur, quo
scusso ad alterum modo iam dicto proce-
itur.

At Catholici *cum hærerent*, AD
ORMAM *exclamant.* Hæc omnia cla-
ßime colloquium ipsum refutat, nã
l. 70. concionanti Hunnio Tanne-
us suggerit: *Fac Syllogismum,* deinde
ox facti negat minorem, & conse-
uentiam. & fol. 107. & 119. Exprobrat
lis: *Nunquam in forma respondere po-*

D 2 *tuisse.*

tuisse. Tu vero vel toto colloquio locum vnicum ostende, vbi hęserint fauces. Verum meâ defensione non indigent Ratisbonenses, en primum, & secundum caput Relationis de Colloquio, litem dirimet, vtrunque tibi lector hic repræsento, vt vel cœco liqueat, quâ tergiuersatione formam dialecticam, hoc est methodum veritatis inuestigandæ sectarij euitent, nã mox cum veluti in scopulos, sic in formam * χαυνότης & verbiloquentia impingit, porricitur in fluctus, quodq; catapulta putabatur, in spumam salis desinit.

* vanitas

Pa. 3. relationis de coll. Ratisb. c. 1. & 2.

Vt autem intelligatur necessitas huius formæ, in disputationibus publicis cum hæreticis habendis, initio quasi fundamenti loco supponendum est, hæreticos omnes, tum inprimis istos (quos illa sua vtcunque prompta loquacitas insolentiores reddit) non solum erroris sui tenacissimos esse, & in eo propugnando extremè contumaces; sed etiam impudenter simul audaces, ita vt si non luce clarius conuincantur. sic, vt aperte concedere negata de-

ebeant, ſe non ſolum victos eſſe ne-
ent, ſed etiam victores impudentiſſi-
e iactitare ſoleant; etiamſi vix, ac ne
x quidem putide tergiuerſando, gar-
endo, declamitando eluctati ſint; id
uod non ſolum experimento huius
ſputationis ſatis iam compertũ eſt,
d ex omnibus, quæ hactenus cum
is hæreticis habitæ ſunt, demonſtra-
poteſt. Quo poſito, illud aperte iam
olligitur in eiuſmodi diſputationib.
æſertim publicis & quæ ex condicto
ınt, eum modum prorſus cum hęre-
cis neceſſario obſeruandum eſſe, qui
tiam contumaces conſtringere va-
at, qui nullum tergiuerſationibus, &
ffugiis locum concedat, quo omnes
ıperfluæ declamationes, inaneſque
erborum iactationes penitus reſecē-
ır, qualis quidem vnicus, & ſolus eſt
le qui ſupra deſcriptus eſt, & doctis
ppellatur FORMA DIALECTICA:
ertiſſimum enim eſt, neglecta forma
ialectica, tot quaſi exitus, & effugia
ontumaci aduerſario patere, vt licet
ı argumentando, vel in reſponden-
lo, reipſa ſuccubuerit maxime, ſuccu-

buisse tamen non videatur, quod quasi perruptis dialecticæ formæ terminis, ostia sibi patefecit.

Hæreticorum tergiuersationes.

Nam vt exemplo rem manifestam faciam; proponatur verbi gratia alicui hæretico argumentum prorsus indissolubile, quod palam, & luce clarius rem propositam demonstret, si tamen illud in forma non repetat, sed mutatis, aut dissimulatis propositionibus, ipse sibi nouum argumentum confingat, contra quod declamitet, aut si resumat quidem, sed in respondendo tergiuersetur, neque concedere, neq; negare, neque propositiones in suis terminis distinguere velit; sed vel declamet, esse responsum, esse protritũ, vel obiecto aliquo exemplo, aut argumento, quod videatur tali responsioni aduersari, aduersarium inepte cogere velit ad respondendum suo argumento &c. vt ita necessitatem respondendi ipse effugiat, nonne stomachus potius opponenti etiam firmissimum illud argumentum euertetur prius, quã hæreticus aperte conuictus suum errorem agnoscere cogatur? neq; certe aliud

iud eſt talis diſputatio, quam iurgiũ
utile, bellum ſine ordine, confuſus
amor. Sed exempla plura huius rei,
x hac diſputatione, ſequenti capite
roferemus. Hinc profecto tantum
eſt, vt in eiuſmodi diſputationibus
eglectâ formâ dialecticâ, vincat veri-
s, vt viciſſe etiam aliquando videri
oſſit is, qui impudentior eſt, & confi-
entius ante conflictum victoriam,
nte victoriam triumphum canere
idet, qui verſutior, & in tergiuerſan-
o magis verſipellis, qui dicacior, &
oquacior, magiſque aut compte, aut
rompte, aut blande, aut prolixe gar-
re poteſt: quibus in rebus Catholici
Hæreticis primas abſque inuidia, faci-
concedunt.

Et quid opus eſt argumentis pluri-
us, vbi res ipſa loquitur? Sicut enim
omni arte, ſua quædam forma arti-
ci præfixa eſt, à qua ſi deficiat, imper-
ectum opus reddi neceſſarium eſt.
ic in diſputando, dialecticâ, ſeu diſ-
ertatrice formâ non ſeruatâ ipſam
uoque diſputationem mancam, &
mperfectam reddi neceſſe eſt.

Vera di-
sputandi
forma.

Et certe si alia disputandi forma ad veritatis inquisitionem accommodatior esset, scirent vtique etiam hanc Academiæ, & sequerentur. Iam autem vnica illa in omnibus totius orbis Academiis recte constitutis, in Germania, Italia, Hispania, Gallia, India, sola inquam, & vnica docetur & discitur, sola tam in Theologicis, quam Philosophicis disputationibus exercetur, vt dubium nulli esse possit, hanc etiam solam, vel certe inter omnes maxime accommodatam esse ad veritatem peruestigandam, & propugnãdam, quæ vnicus disputationis finis, & scopus est.

Et cum in omni quidem disputatione cum hæreticis ex condicto habenda seruanda est forma dialectica, tum inprimis in publica, in qua eo minus suæ quisque sententiæ cedere nouit, quo magis, coram pluribus succubuisse, refugit: præsertim si plebe etiam inspectante fiat, cuius alioqui plausum prædicantes (qui sciunt se prudentioribus, & doctoribus placere facile non posse) non solum studiose

aucu-

cupari ſolent, ſed etiam conſequi
;ile poſſunt, ſi extra formam Diale-
cam garrire, & declamitare ſinan-
:,cum imperita multitudo formam
ılecticam, & vim ſingulorum argu-
entorum,vt parum intelligit, ſic pa-
m probet, iiſque minus afficiatur,
i da magis concionis,& verboſæ de-
amationis, quam eruditæ argumen-
tionis. Ob has igitur,& ſimiles gra-
ſſimas cauſas iure optimo, tum in-
imis Sereniſſimus Bauariæ Dux,pro
a egregia eruditione, & prudentia,
m eius quoque Theologi, tum ante
ſputationem,tum in ipſa diſputatio-
: tantopere vrſerunt formam diale-
icam: ita quidem vt ipſemet ſereniſ-
mus dux, priuſquam Ratisbonam
ɔiret, diſerte profeſſus fuerit, ſe di-
ɔutationi intereſſe non velle,niſi prę-
icantes ad formam Syllogiſticam ſer-
andam aſtringivelint. In quam diſer-
ım poſtulationem, & proteſtationē,
ne vllâ dubitatione conceſſiſſe viſi
ınt; non ſolum quod accepto eiuſ-
ıodi vltimato reſpōſo ſuæ Serenita-
is,addiſputationis locū venerūt,nul-

Dux Bauariæ formam dialecticam vrget.

loque verbo significarunt, se petitioni Serenissimi Ducis nolle acquiescere, sed etiam quia aperte significarunt, sibi omnino constitutum esse formam legitimam seruare. Accedit quod in legibus Collocutorum, quas non solum Aduersarij, non minus quam Catholici, acceptarunt, sed etiam composuerunt, aperte constitutum fuerit, vt argumenta Syllogismo, vel alio approbato argumentandi modo concludantur, & vt absque tergiuersatione, & ambagibus diserte ad singulas propositiones respondeatur, Concedo, Nego, Distinguo, in quo consistit summa omnium eorum quæ ad formam dialecticam requiri diximus.

Sed iam videamus quam diligenter eam formam prædicantes seruarint.



CA-

CAPVT II.

Prædicantes in tota disputatione ad formam Dialecticam seruandam adigi non potuisse, sed potius contra eam aperte etiam nonnunquam protestatos.

PRædicantes formam Dialecticã in hac disputatione, non solum neglexisse, sed palam detestatos fuisse, quisquis Protocollum leget, intelliget.

Et vt multis exemplis supersedeam cum plena exemplorum in Protocollo, sint omnia, potiores tantum, & apertiores tergiuersandi, seu præter scopum euagandi rationes, quib. contra formæ dialecticæ leges, latebras subinde, & effugia quæritabant Aduersarij, commemorabo.

Atque dum argumentandi quidem officium sustinerent, vsitatissima illa erat

erat ratio tergiuerſandi, quod dum in probando deficiebant, & nec ſua pronunciata vlterius confirmare, nec noſtra reſponſa refutare poterant, petebant è conuerſo à nobis, vt noſtras ipſi reſponſiones probaremus, cui poſtulationi ſi quando non è veſtigio ſatisfiebat, vt ſcilicet diſputandi leges ſeruarentur impudenter clamitare non ſunt veriti, nos conſtrictiores teneri &c. etiamſi alioqui probandi munus non nobis, ſed ipſis incumberet. Huc ſpectat, quod, cum ſubinde argumentis ita exigentibus iterato eaſdem reſponſiones repetebamus, *principium à nobis peti* imperitiſſime proclamarunt.

Secunda ratio tergiuerſandi Aduerſariis dum probandi munus ſuſtinerent, vſitata hæc erat, quod adduci non poterant, vt ſua argumenta forma ſyllogiſtica, aut alia in Dialecticis probata argumentandi ratione concluderent. Quanquam enim vnum aliquando, aut alterum ſyllogiſmum extrudebant, decem tamen alias obiectiones ſine omni modo, & forma

effu-

effutiebant, vt facile ex Protocollo cuique patebit. Hæc autem commoda eis visa est effugiendi ratio vt ita minus in probando succubuisse viderentur, dum quidlibet extra formam garrire, aut declamitare, fas esse duxerũt. Cũ alioqui si dialectice processissent, & scripturas non nude protulissent, sed ex eis consequẽtias exstruxissent, & multa paucis solui potuissent, & facile breui exhauriri debuissent, & longe clarius vanitas obiectionum detecta fuisset, vt videre est ex Sessione. 11. quando sex, quas Aduersarij dicebãt, demonstrationes ex scriptura, in formam consequentiæ redactæ, vno quasi flatu dissipatæ sunt, non sine magno Aduersariorum probro.

Tertia ratio tergiuersandi erat, quod sæpe Aduersarij probabant, quod probare minime debebant, vt dum Hailbronner sess. 4. tam anxie probauit scripturam esse perfectam, quod nunquam fuerat negatum. Item, dum Hũnius sess. 8. tam argute probauit, *effectum illum perfectum æternæ salutis, requirere causam perfectam.* Item, dum

Ad- A.A

Aduersarij in sess. 3. Supra duodecim scripturæ testimonia protulerunt ad probandum, *quod Reges & Principes, qui secundum scripturæ normam suos cultus instituerunt, laudati sint*, quod nemini tamen negare in mentem venerat. Item, dum sess. 4. aliquot etiam paginas adductis, & prædictis scripturæ testimoniis replerunt, vt probarent illam suam propositionem minorem, cum maior, non minor probatione indigeret, &c.

In respondendo vero, dum scilicet ex officio respondentis partes obirent Aduersarii, quod quidem sex posterioribus sessionibus accidit, prima, & communissima erat tergiuersandi ratio, quod nec, vt argumenta in forma resumerent, nec vt diserte, & breuiter ad singulas propositiones responderent, adduci poterant. certe quidem in sess. 13. cum eis proposita fuisset clarissima illa, & breuissima quæstio, in qua totius fere disputationis cardo vertebatur, *anne videlicet aliquid omnino extra scripturam diuina, & infallibili fide credendum sit, quocunque tandẽ*

no-

nomine vocetur, & appelletur, vix intra horam categoricum reſponſum impetrari potuit, quod in ſeſſ. quoque 13. & 14. ſæpius accidit.

Altera, & quidem inſignis tergiuerſandi ratio erat, quod ſubinde Aduerſarij quando reſpondere non poterãt, mox in argumentantes ſe transformabant, & obuio quolibet ſcripturæ loco impertinentiſſime obiecto, cogere nos ſatagebant, vt relicto noſtro argumento, qui tamen argumentantes eramus, ſuis vaniſſimis nugis reſponderemus. Ita non ſolum imperite, ſed etiam impudenter Hunnius, cum à me illi obiectum fuiſſet, quod in dubio debeant ſubditi depoſito dubio, acquieſcere ſententiæ ſui magiſtratus, mox obiecit locum illum Paulinum: *quod ex fide non eſt peccatum eſt*: quem cum ego vt impertinentem reieciſſem, vel potius obiter quidem, ſed ſolide declaraſſem, aſſeruit; *me illo loco teneri conſtrictum*, vt etiam paulo poſt, cum reſpondere ſimiliter non poſſet, infra fecit, obiecto exemplo ſeruorum Regis Saul 1. Reg. 22. & in

ſeſſ.

ſeſſ. quoque 24. cum itidem obiecto argumento conſtrictus teneretur, & ad reſpondendum tamen vrgeretur, extra omne propoſitum obiecit illam quæſtionem, *anne aliquis vere ſanctus fouere poſſit errores, qui fundamentum ſalutis euertant,* quam quæſtionem ita etiam pertinaciter vrſit, vt licet à me perpetuo moneretur, vt ad propoſitum ſibi argumentum, ipſe qui reſpõdentis officium ſuſtinebat, tandem ſine tergiuerſatione reſponderet, etiam ab ipſis Principibus poſtulare veritus non fuerit, *vt me ad categoricum reſponſum adigerent,* cuius doloſam impudẽtiam deridens dicebam: Rem ſane lepidam eſſe, eum qui reſpondentis ſuſtinet, cum reſpondere non poteſt, rogare Principes, vt adigant aduerſam partem ad reſpondẽdum alteri cuipiã quæſtioni, à ſe impertinenter obiectæ quem idcirco modum effugij, notatu dignum aſſerebam, & ſimilia plura exempla ſingulis prope ſeſſionibus, quibus Aduerſarii munus reſpondentis obibant, legenti occurrent.

Neq; vero tantum reipſa formam

Dia-

Dialecticam non ſeruarunt Aduerſarij, ſed etiam contra eam apertis quandoque verbis proteſtati ſunt. Et initio quidem ſtatim diſputationis, cum in prima ſeſſione Hailbronner, in ſua reſponſione ad propoſitionem, nomine principum factam, diceret, cupere ſe ex hoc colloquio *remoueri ſcholaſticas diſceptationes*, non obſcure dialecticam formam extruſam cupiebat.

In ſecunda vero ſeſſione cum D. Hungerus monuiſſet aduerſæ partis Collocutores, vt in forma procederent, his ei verbis ab Hunnio reſponſum eſt: *nos ſuo loco laudamus, & probamus dialecticam, & logicas præceptiones, & vſurpamus illos, quantum ſatis eſt ad rerum explicationem*, ſatis ita manifeſtum faciens, ſua quidem ſententia, in eo colloquio dialecticæ vſum nullum ſibi locum vendicare debere.

Seſſione 4. cum noſtræ partis Theologi, ob formam non ſeruatam interloquerentur, rurſum Hunnius publice proteſtatus eſt, *ſe non progreſſurum, niſi cohibeātur eiuſmodi interpellationes.*

Sessione. 8. cum Hunnius obiecisset locum quendam Ephes. monitusque à me fuisset, vt iuxta leges Colloquij, Syllogismum inde conficeret, ita palam contra dialecticam protestatus est: *Ego ab Aduersario toties interturbatus disertissime profiteor nolle me amplius cum isto homine disputare, nisi permittat, vt explicentur, & euoluantur dicta scripturæ:* (quod tamen ei suo loco nemo facere prohibebat) *nisi enim illa ratio Sophistica,* (ita enim per contemptum vocabat formam dialecticam) *coerceatur, nihil possumus cum illo agere*.

Sessione. 10. Cum ad responsionem in forma, & categorice dandam adigeretur, ita contra Hunnius, *quæ est, inquit illa forma Iesuitica?* vbi quamuis satis declararit, quam male erga formam dialecticam affectus esset, placet mihi tamen quod *Iesuiticam* appellarit; si enim *Iesuitica* est, certe forma Hunnij, vt alioqui iactabat, *Iesuitica*, & Christiana non est.

Lutherani osores dialecticæ.

Sessione. 11. Cum rursum publice exprobratum fuisset Hunnio, cur tam turpiter, neglecta forma dialectica quid-

quidlibet effutiret, & additum : eius quoque olim discipulos vehementer mirari, quod formam dialecticam iam vsque adeo refugeret, quam Olim inter priuatos parietes, apud suos discipulos, tam studiose vrserat, eum itaque iam aperte seipsum infamare, & suam doctrinam prodere: nihil aliud respondere potuit, quam frigidum illud: *ego realia respicio*: hoc est, formam non curo.

Sessione. 13. Cum sæpius etiam ad formam seruandam vrgerentur Aduersarij, tum ab ipso Serenissimo Bauariæ Duce, tum etiam à Catholicis Collocutoribus, respondit Hunnius: *Ego formam seruo à Christo, & Apostolis, & à Patribus obseruatam*, quod tamen quam sit vanum infra patebit.

Quid? quod etiam non leuibus indiciis demonstrarunt Prædicantes, in hoc colloquio se nec didicisse quidem formam dialecticam, aut certe, si didicerunt, oblitos esse. Quam enim insulsum & ab omni arte dialectica alienum erat, quod Aduersarij sæpius obiecerunt nobis, cum respondentis of-

ficium sustineremus *fallaciam petitionis principij* à nobis commissam esse, cum in probando duntaxat, non in respondendo principium peti contingat. Neque idem est petere principium, quod supponere aliquid certũ, quod est in controuersia, vt imperite dixerat Hunnius, hoc enim semper facere debet respondens, qui suas theses, vt certas supponit. Sed ea demum petitio principij est, quando conclusio ad sui ipsius probationem assumitur, quod ab argumentante solum, non à respondente fieri posse constat. Satis ergo Hunnius cum suis demonstrauit se hactenus ignorasse, quid sit petitio principij.

Eiusdem ignari.

Alterum exemplum huius imperitiæ esse potest, quod sæpius obiecerũt aduersarij, committi *fallaciam causarum*, vbi tamen de causa nihil agebatur, vbi in optima consequentia argumentum proponebatur, de quo supra iam actum est.

Tertium exemplum est, quod eximius D. Hunnius Syllogismum primę figuræ, collocauit *in secunda figura*, atq;

ideo

ideo etiam vitioſum eſſe pronunciauit, neſciens quid ſit prædicari, quid ſubiici & cæt. de quo ſupra parte ſecunda. cap. 10. Quid mirum igitur quod Prædicantes formam dialecticam in diſputando non ſeruarunt, quam ne didicerunt quidem, vt ſeruare poſſent?

CAPVT VII.

An Synodus Lutheranos inter, & Caluiniſtas ſit inſtituenda?

QVinto capite quæſtionem aduerſarius, ſed ordine præpoſtero diſputat, cum c. 3. & 4. modum Synodi, rationemq. præſcripſerit. Poſtulandam vero, & ſperandam Synodum probare tribus nititur argumentis.

Primum: *Apoſtoli ſchiſma antiochenum, Epiſcopi Samoſatenicum concilio ſuſtulerunt, poterit & noſtra diſſenſio ſedari, ſynoduſque pacem, & concordiam conficere.* Pro Synodo rationes.

Secundum, *Principes Euangelici liberam Synodum à Cæsareâ maiestate postularunt, dari igitur posse censuerunt, dari igitur potest, neque enim principes impossibilia petierunt.*

Tertium. *Lutherani habent Saxoniam, aliasque ditiones, & regna, Caluinistæ pariter sua, academiæ, & comites cum ciuitatibus supplicare possunt principibus, hi regibus, Dano & Britanno, Reges Synodum indicere possunt. Cur non igitur speremus amantes?*

Atque hæ sunt rationes, sed quæ vim plane nullam nisi euertendæ synodi habeant. Quomodo enim ex Concilio Apostolico probari potest Synodus Caluinolutherica? nonne omnia harum * δὶς διὰ πασῶν distant, pugnantque? In Apostolico concilio iudices consederunt Apostoli, & seniores, in Pareano partes, & non vnius generis hæretici, Vbiquitarij, Nestoriani, Eutychiani. Deinde Apostolica Synodus auctoritatem ipsa suam agnoscit, certâ, atque infallibili veritatis normâ conciliatam, Pareanū conciliabulū tam errare potest, quam Pareus.

*toto cœlo

Diuersitas Synodi Apostolicæ, & Caluinolutheticæ.

Ter-

Tertio, Ierosolymis consederunt, quibus fuit ius mandandi aliis prouinciam docendi gentes, etiam in dissitis regionibus, ideo enim reprehenduntur turbatores Antiochenorum, quia auctoritate Apostolicâ missi non erãt. *Quoniam audiuimus, quia quidam ex nobis exeuntes, turbauerunt vos verbis, quibus non mandauimus*, Act. 15. 24. In Pareano conuentu erunt, quibus nulla in alios potestas, nulla auctoritas.

Quarto, Synodus Apostolorum libera fuit, nihil ibi directio baronum, arma comitum, principum decreta valebant, at quam sibi Pareus fingit Synodus, sine minorum dominorum supplicatione non potest inchoari, sine omnium consensu non potest perfici, adeo vt omnium sententiæ à regum suorum, voluntatibus pendeant. Nunquam Angli contra regem suum opinionis suæ tenacissimum pronunciabunt sententiam; nunquam Germani, regem Daniæ, principesq; Germanos erroris arguent. Cum igitur seruæ mentes, serua suffragia, auctorata potentibus religio sit, quid Apo-

ſtolicum præter nomen fingi queat, non video.

Proteſtantes quale concilium petierint.

Altera ratio, ex principum proteſtantium poſtulatis ducta, minus etiam efficit, nam eas conditiones appoſitas fuiſſe, quibus Synodus eſſe non poſſit, perite, grauiterque Heldus Cæſaris legatus in principum conſeſſu oſtendit.

Conditiones Synodi à proteſtantibus petitæ.

Conditio erat vt *à Cæſare indiceretur, & in Germaniâ celebraretur*. In quo illud periniquum; paucos vnius regni principes, pauciſſimas ciuitates, caput, locumque Synodo conſtituere, vniuerſo orbi præſcribere, & eos quidem, qui cauſam ſui diſceſſus à veteri fide, exponere debebant. Cur enim Franci, Angli, Itali, Hiſpani, Poloni, Sueci, Dani, Vtriuſque plagę Indi, in Germaniam cogantur, potius quam Germani alio migrent? nec & Germanorum, tota natio, ſed parua, nec nobiliſsima manus? Nonne dicturas putemus alias gentes, idem iuris eſſe ſiccio, quod Titio? Deinde etſi Cæſaris magna erat potẽtia, non ea tamen auctoritas, quâ Gallos, Heluetios, Anglos, Polonos,

Litua-

Lituanos, Italorum plures exciret in Germaniam, cum ne Germanos quidem illos pauculos perpellere potuerit, vt in contiguas Germaniæ valles, Tridentum proficiſcerentur. Omniũ igitur regum conſenſu, ſi regum hic imperiis vti volunt, locus conſtituendus erat, nec hoc agendum, vt tam pauci omnib. præſcriberent, ſed pauci multos ſequerentur.

Illa vero conditio quam æquitatis ſpeciem, vel per nebulam oſtendit, quâ petunt, *vt ex omnium prouinciarũ, & nationum orbis Chriſtiani partibus, optimi & pauciſſimi, quique deligerentur, & conuocarentur Eccleſiarum antiſtites, ſapientia, & auctoritate præſtantes Epiſcopi, non qui de ſolo nomine, & titulo turgentes, ſed reipsâ Epiſcopi exiſtentes: Hoc eſt Eccleſiarum, & miniſterij inſpectores, ac gubernatores docti, quibus curæ officium eſſet, tum etiam inferiorum graduũ prælati, Abbates, & monaſteriorum præſules, Collegiorum præpoſiti, ſuperintendentes, Theologi, & Eccleſiarum paſtores, quique in qualibet prouinciâ inſignis doctrinæ, & pietatis nomine celebres eſ-* Quos vocari voluerint.

sent. Deinde politici, vt Imperatores, principes, comites, Barones, ciuitatum municipes, ius non modo deliberandi, sed decidendi etiam habeant. Quæ inquam in hac veteribus inauditâ nouitate esse potest æquitas? Baronum enim, principumque, & Magistratuum quāta sit auctoritas, si potentiæ politicæ de Ecclesiasticis causis iudicandi ius adiungatur, nulli dubium est, Cum ergo, si in Germania sit futura illa Synodus, multitudo Germanorum principum, & Magistratuum sententiam sit dictura, paucitas esset aliarum nationum ingēs graui præiudicio reliquus orbis grauaretur, neque enim multi principes comites, Barones exteris è regnis adesse, moramque trahere poterant, itaque ad oligarchiam tota illa ratio spectabat, quâ maxime principes exteri iure, quod suis tribuebant Germani, per stratagema excludebantur.

Executio ante iudicium.

Nec minus aliis ex causis Conciliū quod postulabant negari debuit. Principes protestantes enim iam ante Pontificem prædamnarant, *iubebant enim omnes iureiurando illi obligatos absolui,*

cum

cum interim ſeſe mutuis fœderibus, & iuratiſſimis pactionibus deuincirent. Sic enim loquuntur: *In quo perſonis ita conſtitutis, ac legitimatis proximum eſſet; vt proceſſus omnes in controuerſiâ religionis hactenus facti, omnes cenſuræ, aggrauationes, excommunicationes editæ per Bullam cœnæ, & cætera præiudicia pontificum pro irritis, & de iure nullis reſcinderentur: vt quæ contra abſentes, & non citatos, cauſa indictâ, & ab eo qui iudicandi munus temere, nulloque iure ſibi ſumpſerat, nulliter eſſent inſtituta, atque peracta. Cum primis & decreta Tridentina palam falſa, partim ambigua, & Sophiſtica prorſus è medio tollerentur, & abrogarentur.*

Non poterat id quamuis potentiſſimus Imperator effectum dare. Iam toto orbe receptæ leges, ius vndique conſtitutum, non adeo facile conuellitur. Et vt in ſuis ditionibus, faceret, quod non licet, certe nec Galli, nec Angli, nec Heluetij, aliæque gentes Romani Imperij ſceptris liberæ, matrem Eccleſiarum, vnius hominis quãuis magni, ſacrilegio adductæ deſererent,

rent,

rent, si tamen in societatem defectionis omnes raperet Maiestas Augustalis, iniquitatem nihilo magis excusaret, eodem scelere inquinatorũ multitudo. Quæ namque leges permittunt, Pontificum decreta irrita facere, eum in ordinem redigere, subditos illius imperio subducere, non cognitâ causa, pars controuersiæ est, *sitne caput Ecclesiæ pontifex? Sitne penes eum imperandi potestas?* at principes, illi ab executione negocium inchoare iubent, omni iure spoliare pontificem, deinde per ocium in Synodo disceptare, rectene an secus actum sit? Occidi põtificem, exuri, carnes eius laniare suadent, deinde in concilio quærere, quã belle sint pasti? Hoc facere Imperator nec potuit, nec debuit, conditionem igitur quæ Synodo obstaret, proposuerunt.

Vt tamen securi victoriæ, omnia largiamur; sint sane illa omnia irrita, rescindantur acta pontificum, & conciliorum, profana vocentur, quæ hactenus fuere sancta, quid in regno suo possit hæresis consideremus. Sed interim

rim & præiudicata ſua etiã ipſi reſcindant, rem totam reſtituant in integrũ, non dico vt templa, monaſteria, Epiſcopatus, principatus redhibeant, nec vt mortuos in vitam reducant, nolo iſta mouere. Sed anathemata, conciliabula, famoſos libellos, conuitia ſuorum, & mendacia irrita eſſe decernãt, Academiarum coniurationes ſiue in Catechiſmum Haidelbergenſem, ſiue in librum concordiæ Bergenſis abrumpant. Alioqui quod Ammonitis reſpondit vir fortiſſimus Iephthe, id non diſpari iure, nec animo Catholici principes, regeſque aduerſariis ingerent. *Non tulit Catholicus terram Lutheranam, nec terram filiorum Caluini. Sed quando ex tenebris in admirabile lumen conſcenderunt, ambularunt per Aſiã, Italiam, Gallias, Germaniam vſque ad mare Arctoum, & venit in Britanniam, & vos vultis poſſidere terram eius. Nonne ea quæ poſſidet auctor, & procurator peccati, Deus veſter, ô Caluiniſtæ, & Deus Eutychicenſis, Deus veſter,* ô Vbiquitarij, vobis iure debentur? *Quæ autem Dominus Deus noſter victor obtinuit, in noſtram*

stram cedent possessionem. Nisi forte melior es Carolo Magno, rege Romanorum, aut docere potes, quod iurgatus sit contra Catholicos, & pugnauerit contra eos, quãdo habitauit in Franciâ, & viculis eius, & in Germaniâ, & villis illius, & in cunctis ciuitatibus juxta Rhenum, per 1300. annos. Quare tanto tempore nihil super hac repetitione tentâstis? Igitur non nos peccamus in vos, sed vos male agitis contra nos indicentes nobis bella non iusta. Iudicet Dominus arbiter huius diei, inter filios veteris Ecclesiæ, & inter filios Zvvinglij. Dicitis enim vos imperatori: occide papam, comede carnes Episcoporum, & Cleri, contunde ossa antichristi, hoc est principes Catholicos, sic mortuos, deuoratos contusos produc in concilium, & iudicemus, *Iure an iniuriâ possessiores suæ fidei per annos 1500. dominos harum ditionum per annos 800. aut 700. omni potestate priuaueris? An pontificem, quâ vsus est ab anno, quo Christus in cœlum ascendit, auctoritate, legitime spoliaueris, nos pars Germanorum in concilio disquiremus.* Quã ingẽti risu, quã magnâ aliarũ gentiũ indignatione acce-

pta

pta sit illa conditio, explicari non potest, cum pœnam imperarent, post mortem rei, de culpâ cognituri.

Quemadmodum vero non potuit, tum istis modis colloquium institui, ita neque nunc Caluinistas inter & Lutheranos esse potest. Neque enim serenissimus rex Angliæ, caput Ecclesiæ suæ, omnia iuramenta suis remittet, neque academiæ in varios Catechismos, & confessiones iuratæ, multo minus Lutherani librum concordiæ Bergensis irritum facient, in quo supra 8000. subscriptorum sunt.

Beza abhorret à colloquio.

Tertia ratio contrarium mihi potius confectura videtur. Neque enim Academiæ omnes supplicant, synodumque poscunt, multo minus ciuitates, neque id hactenus fecerunt, imo pertinacissime restiterunt, maxime Lutheranæ. Maxima pars Caluinistarum à Synodo abhorret, imprimis Beza, qui in colloquium Mompelgartense *solum idcirco, vt principi gratum faceret, consensit. Testatur enim se iuisse inuitissimum, vel ob eam causam, quod sub idē tempus D. Andreas edito virulentissimo,*



&

& plane sanguineo scripto satis ostendisset quo animo in nostras omnes Ecclesias esset affectus, vt videri merito posset, non aliud hoc colloquio captare, quam vt hac occasione redintegrato certamine, Germanos principes ab auxilio, piis in Galliâ, extrema quæque patientibus, quos isti taterrimos hæreticos ex pulpitis appellare consueuerunt, summittendo deterreret, ita de colloquio ad quod tum vocabatur, Bezæ sensit, & quod timuit, testatur euenisse.

Quid vero, quod in Belgio iam viginti annos Synodus à prædicantibus petitur, & à consilio statuum negatur? & magna causa negandi est, ne schismata scilicet nondum matura, & odia turgentia, publica contentione irritata in apertum prorumpant, & ob consciorum multitudinem reddantur immedicabilia.



CA-

CAPVT VIII.

De Impedimentis Synodi ab Aduersario allatis.

PEssimâ fide quæstionem grauissimam, in quâ totius cardo disputationis vertitur, Pareus tractat. Titulo promittit ad obiecta responsionem, verum ex innumeris, obiectionem vnicam proponit, nec recte tamen eam soluit.

Obiectio est: Theologi Lutherani, & Caluiniani turbulenti sunt, & rixosi, non erunt igitur in Synodo pacifici. Theologi turbulēti.

Responsio Parei. *Turbulentos Mataeologos non esse admittendos, si quis ad lineam non agat, coercendum, Augustissimi consessus reuerentiâ fractum iri protervuiam. Si quis peruicax sit, non esse audiendum, cur enim audiretur, qui nullum audire dignatur?*

Difficilis sane obiectio, & quæ sola possit obstare concilio. Negat *admittendos Theologos turbulentos*; quis vero

Secundum, *Principes Euangelici liberam Synodum à Cæsareâ maiestate postularunt, dari igitur posse censuerunt, dari igitur potest, neque enim principes impossibilia petierunt.*

Tertium. *Lutherani habent Saxoniam, aliasque ditiones, & regna, Caluinistæ pariter sua, academiæ, & comites cum ciuitatibus supplicare possunt principibus, hi regibus, Dano & Britanno, Reges Synodum indicere possunt. Cur non igitur speremus amantes?*

Atque hæ sunt rationes, sed quæ vim plane nullam nisi euertendæ synodi habeant. Quomodo enim ex Concilio Apostolico probari potest Synodus Caluinolutherica? nonne omnia harum * δὶς διὰ πασῶν distant, pugnantque? In Apostolico concilio iudices consederunt Apostoli, & seniores, in Pareano partes, & non vnius generis hæretici, Vbiquitarij, Nestoriani, Eutychiani. Deinde Apostolica Synodus auctoritatem ipsa suam agnoscit, certâ, atque infallibili veritatis normâ conciliatam, Pareanũ conciliabulũ tam errare potest, quam Pareus.

* toto cœlo

Diuersitas Synodi Apostolicæ, & Caluinoluthericæ.

Ter-

Tertio, Ierosolymis consederunt, quibus fuit ius mandandi aliis prouinciam docendi gentes, etiam in dissitis regionibus, ideo enim reprehenduntur turbatores Antiochenorum, quia auctoritate Apostolicâ missi non erãt. *Quoniam audiuimus, quia quidam ex nobis exeuntes, turbauerunt vos verbis, quibus non mandauimus*, Act. 15. 24. In Pareano conuentu erunt, quibus nulla in alios potestas, nulla auctoritas.

Quarto, Synodus Apostolorum libera fuit, nihil ibi directio baronum, arma comitum, principum decreta valebant, at quam sibi Pareus fingit Synodus, sine minorum dominorum supplicatione non potest inchoari, sine omnium consensu non potest perfici, adeo vt omnium sententiæ à regum suorum, voluntatibus pendeant. Nunquam Angli contra regem suum opinionis suæ tenacissimum pronunciabunt sententiam; nunquam Germani, regem Daniæ, principesq; Germanos erroris arguent. Cum igitur seruæ mentes, serua suffragia, auctorata potentibus religio sit, quid Apo-

ſtolicum præter nomen fingi queat, non video.

Proteſtantes qualo concilium petierint.

Altera ratio, ex principum proteſtantium poſtulatis ducta, minus etiam efficit, nam eas conditiones appoſitas fuiſſe, quibus Synodus eſſe non poſſit, perite, grauiterque Heldus Cæſaris legatus in principum conſeſſu oſtendit.

Conditiones Synodi à proteſtantibus petitæ.

Conditio erat vt *à Cæſare indiceretur, & in Germaniâ celebraretur*. In quo illud periniquum; paucos vnius regni principes, pauciſſimas ciuitates, caput, locumque Synodo conſtituere, vniuerſo orbi præſcribere, & eos quidem, qui cauſam ſui diſceſſus à veteri fide, exponere debebant. Cur enim Franci, Angli, Itali, Hiſpani, Poloni, Sueci, Dani, Vtriuſque plagę Indi, in Germaniam cogantur, potius quam Germani alio migrent? nec & Germanorum, tota natio, ſed parua, nec nobiliſsima manus? Nonne dicturas putemus alias gentes, idem iuris eſſe ſiccio, quod Titio? Deinde etſi Cæſaris magna erat potētia, non ea tamen auctoritas, quâ Gallos, Heluetios, Anglos, Polonos,

Litua-

Lituanos, Italorum plures exciret in Germaniam, cum ne Germanos quidem illos pauculos perpellere potuerit, vt in contiguas Germaniæ valles, Tridentum proficiſcerentur. Omniũ igitur regum conſenſu, ſi regum hic imperiis vti volunt, locus conſtituendus erat, nec hoc agendum, vt tam pauci omnib. præſcriberent, ſed pauci multos ſequerentur.

Illa vero conditio quam æquitatis ſpeciem, vel per nebulam oſtendit, quâ petunt, *vt ex omnium prouinciarũ, & nationum orbis Chriſtiani partibus, optimi & pauciſſimi, quique deligerentur, & conuocarentur Eccleſiarum antiſtites, ſapientia, & auctoritate præſtantes Epiſcopi, non qui de ſolo nomine, & titulo turgentes, ſed reipsâ Epiſcopi exiſtentes: Hoc eſt Eccleſiarum, & miniſterij inſpectores, ac gubernatores docti, quibus curæ officium eſſet, tum etiam inferiorum graduũ prælati, Abbates, & monaſteriorum præſules, Collegiorum præpoſiti, ſuperintendentes, Theologi, & Eccleſiarum paſtores, quique in qualibet prouinciâ inſignis doctrinæ, & pietatis nomine celebres eſſent.*

Quos vocari voluerint.

sent. Deinde politici, vt Imperatores, principes, comites, Barones, ciuitatum municipes, ius non modo deliberandi, sed decidendi etiam habeant. Quæ inquam in hac veteribus inauditâ nouitate esse potest æquitas? Baronum enim, principumque, & Magistratuum quãta sit auctoritas, si potentiæ politicæ de Ecclesiasticis causis iudicandi ius adiungatur, nulli dubium est, Cum ergo, si in Germania sit futura illa Synodus, multitudo Germanorum principum, & Magistratuum sententiam sit dictura, paucitas esset aliarum nationum ingẽs graui præiudicio reliquus orbis grauaretur, neque enim multi principes comites, Barones exteris è regnis adesse, moramque trahere poterant, itaque ad oligarchiam tota illa ratio spectabat, quâ maxime principes exteri iure, quod suis tribuebant Germani, per stratagema excludebantur.

Executio ante iudicium.

Nec minus aliis ex causis Conciliũ quod postulabant negari debuit. Principes protestantes enim iam ante Pontificem prædamnarant, *iubebant enim omnes iureiurando illi obligatos absolui,*

cum

cum interim sese mutuis fœderibus, & iuratissimis pactionibus deuincirent. Sic enim loquuntur: *In quo personis ita constitutis, ac legitimatis proximum esset; vt processus omnes in controuersiâ religionis hactenus facti, omnes censuræ, aggrauationes, excommunicationes editæ per Bullam cœnæ, & cætera præiudicia pontificum pro irritis, & de iure nullis res inderentur: vt quæ contra absentes, & non citatos, causa indictâ, & ab eo qui iudicandi munus temere, nulloque iure sibi sumpserat, nulliter essent instituta, atque peracta. Cum primis & decreta Tridentina palam falsa, partim ambigua, & Sophistica prorsus è medio tollerentur, & abrogarentur.*

Non poterat id quamuis potentissimus Imperator effectum dare. Iam toto orbe receptæ leges, ius vndique constitutum, non adeo facile conuellitur. Et vt in suis ditionibus, faceret, quod non licet, certe nec Galli, nec Angli, nec Heluetij, aliæque gentes Romani Imperij sceptris liberæ, matrem Ecclesiarum, vnius hominis quãuis magni, sacrilegio adductæ desererent,

rent, ſi tamen in ſocietatem defectionis omnes raperet Maieſtas Auguſtalis, iniquitatem nihilo magis excuſaret, eodem ſcelere inquinatorũ multitudo. Quæ namque leges permittunt, Pontificum decreta irrita facere, eum in ordinem redigere, ſubditos illius imperio ſubducere, non cognitâ cauſa, pars controuerſiæ eſt, *ſitne caput Eccleſiæ pontifex? Sitne penes eum imperandi poteſtas?* at principes, illi ab executione negocium inchoare iubent, omni iure ſpoliare pontificem, deinde per ocium in Synodo diſceptare, rectene an ſecus actum ſit? Occidi põtificem, exuri, carnes eius laniare ſuadent, deinde in concilio quærere, quã belle ſint paſti? Hoc facere Imperator nec potuit, nec debuit, conditionem igitur quæ Synodo obſtaret, propoſuerunt.

Vt tamen ſecuri victoriæ, omnia largiamur; ſint ſane illa omnia irrita, reſcindantur acta pontificum, & conciliorum, profana vocentur, quæ hactenus fuere ſancta, quid in regno ſuo poſſit hæreſis conſideremus. Sed interim

rim & præiudicata ſua etiã ipſi reſcindant, rem totam reſtituant in integrũ, non dico vt templa, monaſteria, Epiſcopatus, principatus redhibeant, nec vt mortuos in vitam reducant, nolo iſta mouere. Sed anathemata, conciliabula, famoſos libellos, conuitia ſuorum, & mendacia irrita eſſe decernãt, Academiarum coniurationes ſiue in Catechiſmum Haidelbergenſem, ſiue in librum concordiæ Bergenſis abrumpant. Alioqui quod Ammonitis reſpondit vir fortiſſimus Iephthe, id non diſpari iure, nec animo Catholici principes, regeſque aduerſariis ingerent. *Non tulit Catholicus terram Lutheranam, nec terram filiorum Caluini. Sed quando ex tenebris in admirabile lumen conſcenderunt, ambularunt per Aſiã, Italiam, Gallias, Germaniam vſque ad mare Arctoum, & venit in Britanniam, & vos vultis poſſidere terram eius. Nonne ea quæ poſſidet auctor, & procurator peccati, Deus veſter, ô Caluiniſtæ, & Deus Eutychicenſis, Deus veſter,* ô Vbiquitarij, vobis iure debentur? *Quæ autem Dominus Deus noſter victor obtinuit, in noſtram*

stram cedent possessionem. Nisi forte melior es Carolo Magno, rege Romanorum, aut docere potes, quod iurgatus sit contra Catholicos, & pugnauerit contra eos, quãdo habitauit in Franciâ, & viculis eius, & in Germaniâ, & villis illius, & in cunctis ciuitatibus juxta Rhenum, per 1500. annos. Quare tanto tempore nihil super hac repetitione tentastis? Igitur non nos peccamus in vos, sed vos male agitis contra nos indicentes nobis bella non iusta. Iudicet Dominus arbiter huius diei, inter filios veteris Ecclesiæ, & inter filios Zvvinglij. Dicitis enim vos imperatori: occide papam, comede carnes Episcoporum, & Cleri, contunde ossa antichristi, hoc est principes Catholicos, sic mortuos, deuoratos contusos produc in concilium, & iudicemus, *Iure an iniuriâ possessio res suæ fidei per annos 1500. dominos harum ditionum per annos 800. aut 700. omni potestate priuaueris? An pontificem, quâ vsus est ab anno, quo Christus in cælum ascendit, auctoritate, legitime spoliaueris; nos pars Germanorum in concilio disquiremus* Quã ingẽti risu, quã magnâ aliarũ gentiũ indignatione accepta

pta sit illa conditio, explicari non potest, cum pœnam imperarent, post mortem rei, de culpâ cognituri.

Quemadmodum vero non potuit, tum istis modis colloquium institui, ita neque nunc Caluinistas inter & Lutheranos esse potest. Neque enim serenissimus rex Angliæ, caput Ecclesiæ suæ, omnia iuramenta suis remittet, neque academiæ in varios Catechismos, & confessiones iuratæ, multo minus Lutherani librum concordiæ Bergensis irritum facient, in quo supra 8000. subscriptorum sunt.

Tertia ratio contrarium mihi potius confectura videtur. Neque enim Academiæ omnes supplicant, synodumque poscunt, multo minus ciuitates, neque id hactenus fecerunt, imo pertinacissime restiterunt, maxime Lutheranæ. Maxima pars Caluinistarum à Synodo abhorret, imprimis Beza, qui in colloquium Mompelgartense *solum idcirco, vt principi gratum faceret, consensit. Testatur enim se iuisse inuitissimum, vel ob eam causam, quod sub idẽ tempus D. Andreas edito virulentissimo,* Beza abhorret à colloquio.

&

CAPVT VIII.

De Impedimentis Synodi ab Aduersario allatis.

PEssimâ fide quæstionem grauissimam, in quâ totius cardo disputationis vertitur, Pareus tractat. Titulo promittit ad obiecta responsionem, verum ex innumeris, obiectionem vnicam proponit, nec recte tamen eam soluit.

Obiectio est: Theologi Lutherani, & Caluiniani turbulenti sunt, & rixosi, non erunt igitur in Synodo pacifici. Theologi turbulēti.

Responsio Parei. *Turbulentos Matæologos non esse admittendos, si quis ad lineam non agat, coercendum, Augustissimi consessus reuerentiâ fractum iri proteruiam. Si quis peruicax sit, non esse audiendum, cur enim audiretur, qui nullum audire dignatur?*

Difficilis sane obiectio, & quæ sola possit obstare concilio. Negat *admittendos Theologos turbulentos*; quis vero

nihil moror. Vnicum igitur exquiro, qui nõ acerbiſſime in Caluiniſtas ſcripto, & voce inuehatur, vnum qui eriſtica Lutheri improbet, Vnum qui ea non imitetur, imo qui non ſuperare conetur. Scripta illa vt pia, ſancta, diuini plena zeli, plena eruditionis, & energiæ in cœlum tollunt, & tantum non adorant, ad hoc igitur exemplar in Syndo loquentur, & ſcribent, neq; profecto pudebit imitari, quod in Patriarchâ ſuo tam iudicant eſſe glorioſum. Quæ enim conuitia nominat Pareus, fortem ingenuam, apertam veritatis defenſionem, falſitatis expugnationem appellant Lutherani. Si tamẽ in turbulentis conuitiatoribus à Synodo reiiciendis, pergat eſſe inexorabilis, ne ſua ipſum cenſura ſtringat metuendum eſt, ſupra omnes non matæologus modo ſed impoſtor dicitur à Lutherano Hunnio, aliiſque, ipſe Lutheranos vocat *Capernaitas*, *in 1. Cor. 11. In præfatione in 1. Corinth. Lutheranos decem Symboli articulos è medio tollere* aſſerit, nonne turbulentum hoc æſtimabunt Lutherani? Quomodo ad

Pareus conuitiator.

Synodum, Caluinum admittent iidẽ Lutherani, qui admonitione vltima ad Weſtphalum, ipſos vocat Beſtias, faſſus *errorem ſuum, quod homines eſſe hactenus putarit.* Quæ poterit eſſe diſputandi, docendi, inquirendi cum illis ſocietas, quos beſtias, non homines eſſe iudicat, quo animo erga illum viciſſim erunt Lutherani, à quo norunt hominum ſe communione excluſos? in ferarum beluarum ſortẽ deiectos? & has tamẽ beluas, blandiri cum vult, *ὑποκοριστικῶς Pareus *fratres* indigetat. Non igitur admittendus Caluinus, ne Beza quidem, is enim cœnam Lutheranam, ait *excrementum eſſe, cuius vel diabolum ipſum pudeat*, non ferent hoc Lutherani, *τὸ ὀξύθυμον illorum bene noui. Sed neque Boquinus, qui *in breui notatione diuturnitatis controuerſiæ de cœnâ Domini,* ſibi *negocium eſſe* ait, *cũ* *ἀσυνέτοις & ἀσπόνδοις. Quis igitur Caluiniſtarum aderit, his excluſis? Credo Buceros, Melanchthonas, Martyres inuenient, qui tamdiu varietatibus, æquiuocationibus ludant, donec omni Chriſtianiſmi poſſeſſione miſeros depellant. *At*

Lutherani Caluino-beſtiæ.

* blanditur

* Celeres in iram animos.

* Non intelligentibus & fœdifragis.

At legibus coercebantur. Quasi vero vlla legum retinacula contra tantum odiorum, & imperitiæ impetum firma esse queant. Quænam istæ leges quâ auctoritate rogatæ, quâ potestate iussæ? cur hactenus nulla lex scribentium calamos, clamantium voces moderari potuit? Non alias leges accipiẽt, quam quib. maiores suos Lutherum, & Zwinglium vixisse norunt, id suis indulgebunt affectibus, hoc honori primipilorum suorum tribuent, quorum gesta latis in contrarium legibus damnare intelligerentur. Sed propius rem consideremus. Quis legem feret? Lutheranus, an Caluinista? Si Lutheranus; ardorem sanctum, zelum laudabilem esse sanciet, quicquid in Caluinistas, quos solent vocare (Lutherus in Symposiacis) *corporatos diabolos*, dictum fuerit. Deinde Caluinistæ cum sibi belle sapientes videantur, legem à Bestiis Lutherianis sibi dictam conuitio, & clamore per omnia septa resonante, antiquabunt. Caluinianus feret legem? Non magis, quam Satanam audient Lutherani, dicent legem Acci-

Leges Synodi inutiles.

pitrariam in columbas, & lupinam in ouilia, ſemper detrimentoſam.

Communi, dices, *ſuffragio leges condent, vtrique parti æquiſſimas, ne ſcilicet quicquam inclemẽter dicatur.* Non poſſunt id præſtare, κυρίαν δόξαν Lutheri habent: *Non oportere diabolum molliter tractare*: de Caluiniſtis loquitur. Deinde exurendi eſſent hactenus ab vtraque parte conſcripti libri, calumniæ condemnandi non modo ſcriptores, ſed principum multi, nullâ igitur lege poterunt coerceri: telæ aranearum, & ſtupæ erunt, in quaſcunque furor diſputantium irruerit.

* doctrinã Principẽ.

Conſeſſum tamen Auguſtiſſimum verebuntur, inquit Pareus. Non facient; reliquias enim pudoris iam pridem attriuerunt, verecundiæ ne ſimulacrum quidem in tantis contentionibus ſupereſt. Quamuis igitur reges, & principum collegia præſideant, nihil tamẽ ruboris tam duris frontibus tot purpurati allucebunt. Qui enim ſcriptis libellis vniuerſum orbem præſentem, & ſecuturum aſpernantur, quomodo reges paucos, principesq; ſuſpicient?

Verecundia hæreticorum.

Prin-

Principes non toti colloquio, & semper adesse poterunt, aut nolent, eorũ sublato timore ad ingenium redibũt, nam vt Prædicantes reuerentiâ prędicantium moderatius agant, obtineri si posse asserit, & fallitur ipse, & fallit. Lutherani cum *obsessis à dæmone negocium sibi esse* clamant, quando contra Caluinistas belligerantur, vt Eras. Alberus *p. 2. contra maledictam Carolstadianorum doctrinam*, aut *contra diabolos incarnatos*, *se agere* profitentur, vt Lutherus in Sympos. aut *contra lupos infernales*, vt Riuander *in lupo excoriato*: an illi energumenorum, diabolorũ incarnatorum, luporum infernalium esse putabunt augustissimum consessum, & reuerendum? Caluinistæ è cõtrario hostes suos esse *bestias*, *flabella diaboli*, *veritatem in iniustitiâ detinere*, *esse crassos Flaccianos*, *esse bardos*, *asinos*, vt eos vocat Bocquinus, quomodo eos verebitur, quos tam aulice, tam comiter appellare dignatur? Non verebuntur denique pauculos prędicantes, qui mille Cyprianos, mille Augustinos, totam Ecclesiam Martyrum,

mille concilia Episcoporum suæ pertinaciæ postponunt, & contemptui habent. Redundabit contemptio prędicantium in ipsos principes, & reges, ita olim Haidelbergæ contigisse *historica relatio de mutatione religionis in Palatinatu docet*. Nihil æqui se ab Illustrissimo Ioanne Casimiro obtinere potuisse lamentantur Lutherani, causam reddunt, dieweil so viel gifftige schlangen vmb in waren: quia tam multi eum venenati serpentes circumsiderent. Neque vero Caluinistæ desinent Lutheranos principes dicere duplices Papistas, & persecutores piorum. Quid fidus eorum, sed occultus amicus, propter timorem Lutheranorum, Philippus de suis principibus scripserit, ex epistolis eius nouimus. Nam Epist. ad Burchardum Mitsobium. *Plerique principes etiam ante hoc tempus, inquit, multo fuerunt in diripiendis monasteriis diligentiores, quam in constituendis παροικίαις, & scholis, sed exspectemus venientem annum, qui fortassis excutiet heroibus nostris veternum, ludos, voluptates, amores, rixas, &c.* & ad Iacobum Mi-

* parœcuis

Milichium: *Vrbes*(Lutheranas)ait, *desertas, & proditas ab ignauis principibus*, Et: *Quod vir ille fortissimus Philoctetes de ducibus ad Troiam, inquit esse eos*

Κακοὺς πρὸς αἰχμὴν, ἐν τοῖς λόγοις θρασεῖς, *Verbis, quam factis fortiores.

Tales esse nostros iam re compertum est.

Si ille dimidiâ parte Caluinizans de suis principibus adeo inuerecunde scribit, quomodo illi, qui * ὁλοκλήρως *omni ex parte. Zwinglianismo sunt initiati principes Lutheranos, inimicorum suorum patronos & nutritios honorabunt, reuerebunturque? non est hæreseon, quæ Deum dereliquerunt, de principibus modeste loqui, reuereri potestates.

Insigne prostituti pudoris specimen dedit Fredericus Braumbomus, qui omnes Pontifices à Petro, & eorum communioni deditos, vocat Martyras antichristianos.

CAPVT IX.

Alia Synodi impedimenta, & primo ex Synodis particularibus, seu Prosynodis.

PLura congregandæ Synodi impedimenta recensere an superuacaneũ sit, nescio, tot sane hucusq; sese obtulêre, vt multorum principũ, & Rerumpublicarum vota, ardenter eam petentium suspenderint, spem orthodoxorum eluserint, intima Caluinismi mysteria vulgo celauerint. Quænam igitur illa? Primum est vtriusque partis Lutheranorum, & Caluinistarum in varias, easque pugnantissimas particulas, sectionesque diuisio, odiaque domestica diuturna, grauia, opus igitur est complurium annorum labore, & Synodis prouincialibus, vt inter se, non dico concordes sint, id enim fieri non posse iudico, sed vt concordiæ simulationem aliquam

Impedimentum primum ex particularibus synodis.

quam instituant. Nulla vtilitas externæ pacis, si cruentis prœliis decertant domi, non est illa spiritalis ædificii cõstructio, in quo concinnas, & firmas lapidum coagmentationes esse oportet, sed ruderum temere cõgestorum strues; cumulus, non domus, in quâ etsi quarundam partium commissuras intueamur, pleræque tamen magnis rimis fatiscunt, & cauitatibus hiant, opus igitur est pace, & vnione singularum inter se partium, vt possit esse omnium. Quæ societas, consensioque eo magis necessaria est, quo spiritalis belli est apertius periculum, & cautio diligentior necessaria: rem clarius exponam.

Sectæ Lutheranæ

Lutheranorum sectiones sunt, Cõcordistæ Bergenses, deinde illi, qui cõcordiæ subscribere recusarunt, Bergensium inimici, ab vtrisque capitaliter dissident Osiandrini, neque sermo est de quauis dissentiunculâ, sed odiis illis, quibus se mutuo impetunt, hæreseos, & blasphemiæ condemnant, finibus pellunt, principes in mutuam perniciem concitant, armantque. Sic Con-

Capitaliter inimici.

Concordiſtæ violentiâ ſæculari multorumque ſubſcriptiones extorſerũt; Der nit wil vnderſchreiben/muß zum Köhfenſter hinauß/ hoc eſt, oportere * συμπλανᾶν, ἢ ἀποπλανᾶν. Sic Ioachimum Morlinum, alioſque per Illuſtriſſimum Albertum Pruſſiâ exegit Oſiander ab ipſo damnatus. Legatur hiſtoria, Wie die Oſiandriſche Schwermerey ſich in Preuſen erhaben/ Quomodo Oſiandrinus fanaticiſmus, ſiue in Schwermeria in Pruſſia cœperit? Certe Oſiander in concione, vt eadem acta habent, aduerſarios ſuos appellat: Schelmen/böſwicht/ ehrendieb. Nebulones, maleficos, detractores. Et: Man ſol zu ſpieſs/ vnd ſtangen greiffen/ Lanceis & fuſtibus illos eſſe confutandos. Nec mitius Synodus Islebiana, ſeu Mansfeldica Oſiandricos, defenſores liberi arbitrij, & operum bonorum, adiaphoriſtáſque condemnat. Has igitur lites ſopiendas, bella illa extinguenda affirmo, antequam ad Synodum generalẽ male cõcordes animæ cõueniant, alias Wormatienſe exemplum renouabunt, vbi poſtquam certamen contra Catho-

*aut conſentire, aut exire.

Synodus Mansfeldica.

Catholicos institutum erat, versis in se duodecimuiris, Euangelicis collocutoribus, ingenti ruinâ concussa est res sectaria. Hinc magna cautio Bergensium fuit, ne ad eum scopulum secundo allidèrent, rogati enim sententiam de congregandâ cum Zwinglianis Synodo, censuerunt rem non tentandam, nisi priuatim prius coniurassent. Verba eorum sunt:

Nach dem aber E. Churf. G. vns auch gnädigst aufferlegt vns ferner mitteinander zu vnderreden / vndt ingesampt schliessen welcher gestalt / Da es zu einer algemeinen Versamlung kommen solte / der ander stand Augspurgischer Confession Theologen die proposition zu thuen vndt weiter zu procediren sein möchte / auch alles was dabey zu vortsetzung Solchs heilsamen wercks / dienst vnd nutzlich sein könte / bedencken vndt erinneren: Solchen E. Churf. G. solche vnderthenig nit verhalten / Daß wier nichts liebers gesehen / noch Wünschen möchten / dann daß es mitt allen Kirchen dienern der stände Augspurgischer Cöfession also geschaffen / Daß ein Christlicher Synodus denselben (ohne gefahr grösserer Weittleufftigkeit vndt trennung) Versamlet / vndt alles notturfftiglich berathschlacht Werden könte / waß der Kirchen nutzlich vnnd heilsam sein möchte. Wir finden aber / leider / besonderß auß dem ingebrachten bedencken so viel Daß noch ahn etlichen orten nitt allein die Kirchendiener sich der Lehr halben / gantz verdächtig erzeigen / sonder tragen

tragen auch die vorsorge daß die Herrschafften da-
selbst mitt solchen Opinionibus & praeiudiciis ein-
genommen sein möchten. Deme die Theologen in
solchen grossen ahnzal zusammen kommen vndt
etliche derselben (Wie wenig derselben sein)
möchten sich ahn einander henckē/ vndt jhre Heer-
schafften stercken/oder von denselben in iren Opi-
nionibus gesterckt daß man sich nit mit inen ver-
gleichen/ Vndt solcher gestalt von einander schei-
den solte (Weil solches nit heimlich bleiben wür-
de) haben E. Churf. G. günstlich zu ermessen/ nit
allein waß vor ein groß frolocken bey Sacramen-
tirern vndt Papisten erfolgt/ sonder bey den recht
glaubigen in vnseren Kirchen beschwerliche ärger-
nussen entstehen. Derowegen vnsere Vnderthe-
nigst bedencken Daß der aller sicherste Weg ge-
gangen/so kein gefahr auf ihm getragen / Vndt
zuforderst schriftlich bey den anderen Stenden
Augspurgischer Confeßion, die Subscription disser
Christlichen Vergleichung gesucht/ Welche vn-
serß Vnderthenigst erachtens auf nachuolgende
Weiß angestelt werden möchte/&c.

Se produnt concordistæ.

Nunquam Sorex magis voce suâ periit, quam sexuiri illi concordiæ architecti. Timent, ne si conueniant ad Synodum contra Caluinistas, alia atq; alia sentiant, ideoque oligarchiâ nouâ siue vt Caluinistæ malunt, tyrannide, omnes in sua sensa adigere sint conati. Videatur *defensio* à Ioan. Francisco Astaspe *pro Palmerio* scripta. Quorsum igitur tantus labor, & sumptus? Ne ortho-

hodoxis gaudendi occasionem dent Ecclesiarum suarum dissensiones, itaque suspectos suos habent doctores, & principes, timent enim ne Theologi conueniant, magistratus suos in opinionibus roborent, vicissimque ab illis roborentur, vt nulla concordia iniri queat. Non igitur qui ista timent, pacem petent, Synodumue ambient, quam certo sciunt successum habere non posse. Taceo nunc de Flaccianis, & Vbiquitariis, quorum dissensiones hactenus nunquam potuêre componi, & ante Synodum tamen componendæ sunt.

Nec minor est in gente Caluinistarum, compositionum, pacificationũ, Syncretismorũ materies, plura enim, & pro naturâ illius hæreseos, acriora bella dederunt.

Primum dissidium est, molles inter, & rigidos Caluinistas, molles sunt, Arminius, Vastius, Venator, Bertius, Coruinus, horum adstipulatores, Synodus ipsa Vltraiectina, anno 1613. edita. Rigorem Caluini, & Bezæ retinet Gebenna, Piscator, Sibrandus, nam Pareus

Secta Caluinianæ Rigidi, molles.

ſupereſt nihilominus aliud in eâdem gente diſſidium, quod impediendæ in omne tempus Synodi, vel ſolum ſufficit.

In Britanniâ, Scotiâ, & ditionibus ſereniſſimo Regi Iacobo ſubiectis, ſunt Archiepiſcopi, Epiſcopi, Presbyteri, quos diuinitus inſtitutos, & diuino iure diuerſos habere gradus propugnant Angli, negant Puritani. Adrianus Sarauia lib. de diuerſis miniſtrorum gradibus c. 21. delirare eos arbitratur, qui aliter quam Angli ſentiũt, & c. 22. Aëreum docet optimo iure à veteri Eccleſiâ hæreſeos damnatum, quod ordinum Sacrorum gradus confuderit, Bezam vero, & Gebennenſes longius ab omnium Eccleſiarum moribus recedere, quam fecerit Aëreus, hæreticos itaque puritanos appellat. Beza è contrario Pſeudopatriarchas Pſeudoarchiepiſcopos, Pſeudoepiſcopos, monſtra eſſe, in deteſtandam tyrannidem erupiſſe, imo multi teſte eodem Sarauiâ non minus ab Anglicanâ Eccleſiâ, quam Antichriſtianâ abhorrent, in montibus, & ſyluis con- **Diſſidium de Epiſcopis.**

uentus agunt. Controuersia illa necessario tollenda est, ante Synodum Generalem Euangelicorum, tolli autem non potest, nec Synodus igitur confici. Pacē esse ante conciliandā vel ex eo constat, quod non modo controuersia sit de religione, quę non omnes æq; tangit, sed etiam de dignitate, quæ acriores habet in animis hæreticorum stimulos. Deinde quod sine conciliatione huius dissensionis ne actio quidem vlla inchoari potest, in Synodo enim pastores, & doctores Ecclesiæ de quæstionibus propositis disquirere, & sententiam pronunciare mos vetus habet, & lex diuina, nec Pareus quidem inficiari poterit in Synodo primas esse ministrorum Ecclesiæ partes. Quæritur vero hic vtri sint legitimi Ecclesiæ ministri, Angli, an Gebennēses. Hi illos Pseudoarchiepiscopos, Pseudoepiscopos, tyrannos, monstra, Ecclesiam antichristianum affirmāt, & quidem tyrannos detestandos, non igitur vti socios, & fratres ad Synodum admittere possunt. Angli vicissim annuos præsides Gebennæ incognitos

Apo-

Apoſtolis, & Eccleſiæ veteri, veriſſime docent, contra verbum Dei inſtitutos, ideo lupos non veros paſtores, imo vt Sarauia ait, deliros; neutra igitur pars durante, & pendēte lite aliam ſociam agnoſcet, & legitimæ vocationis officio fungi concedet.

Alterum erat, quod aſſumpſi probandum, non poſſe in hac re quicquam conuenire. Nam congreganda Synodus eſt, à quâ, per totā Galliā, vbi Caluiniſmus eſt, & Poloniā, Germaniā, Heluetiā, vel creentur noui Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Presbyteri, deiiciantur que, aut reinitientur miniſtri, qui hactenus contra leges Eccleſiæ verbumque Dei populos ſuos rexerunt, vel ſane à quâ per totā Angliā Archiepiſcopi, Epiſcopi, velut iniq; poteſtatis vſurpatores, & tyranni in ordinē redigantur. Neutrum mihi fieri poſſe videtur. Nā primo hac in Synodo pari numero conuenire Epiſcopos, & Puritanos æquū eſt, alioqui Epiſcopi ſe multitudine ſuffragiorum victos queri poſſent, at pauculi illi ſunt, exigua igitur, & nullius auctori-

tatis est futura Synodus, neque sufficiens ad tam magnam in toto Caluinismo mutationem faciendam.

Deinde quis credat commissuros Archiepiscopos Angliæ, vt tam facile de dignitatibus suis detrahantur; & quidem quasi conuicti tyrannidis?

Tertio, Nec regem id permissurum putem, ille Episcopos Scotiæ restituit, Angliæ confirmauit, ex certâ suâ sciētiâ hoc agere se promulgauit, nollet tamen audire Ecclesiasticæ tyrannidis vel institutor, vel patronus, multo minus suam capitis in Ecclesias potestatem, siue vt Angli rem nouam nouo vocabulo insignire malunt, suprematum aliorum deiectionibus, contumeliisque, in discrimen adducere. Itaque etsi Episcopi cesserint, non deerunt tamen quos rex lubentes volentes subroget.

Quarto, obstat lex Anglicana. *Lege enim sancitum est*, inquit Sarauia, *à regiâ maiestate, rogante vniuersa nobilitate, cleroque, ac populo ordinatio Episcoporum.* Tanti eam æstimat idem Sarauia, vt illius neglectui infelicitatem Galli-

ca-

canorum Puritanorum, & vſui felicitatem Anglorum acceptam referat, *Si ſoli Deo darent* (Galli) *gloriam*, inquit in Epiſt. dedicat: *& Eccleſias ſuas reformarent Epiſcopi &c. meliorem ſtatum habituros, nunc vero res eorum poſt 34. annorum bella non eſſe meliore loco, quam cum primum inceperunt.*

Itaque conſenſus nullus conſtitui poteſt, aut ſi quid conuenire poterit, ad augendam dignitatem Puritanorũ ſuperintendentium pertinebit, facilius enim Germani, & Galli augeri ſibi maieſtatem patientur; ſpe Epiſcopatus non indecorum rati, ſi vinci ſe ſinant. Cur enim Pareus non ſit Epiſcopus Palatinus, ſi Beza Papa fuit Gallię? Olim Iacobus Andreæ Baroni cleruãtio dixerat, *Dicor ergo Germaniæ Papa, Beza vero Galliæ*: (verba Bezæ ſunt in reſp. ad acta colloq. p. 1.) *Si inter hos duos Papas conuenerit, Epiſcopi reliqui facile aſſentientur. Hæc tum ille, ſuo more in eo quidem quem mihi affingit Papatu iocatus, ſed de ſuo nimium vere locutus.* Mutetur in verum iocus, fiat Pareus, quod Beza, quia vinci à Sarauiâ noluit,

Papæ hæreticorum.

 fieri

fieri non potuit, Papa sit Pareus, ferat nouatæ sententiæ precium, non inuidebimus, gauisi quod qualemcunque errorem deposuerit. Mirabimur tamen si cæteri parituri sint, si absque ambitione res tanta peragi poterit. Hoc solum moneo, si facilem fore putent Synodum, ipsi prius aut Episcopos loco moueant, aut nouos, vbi nulli sunt, constituant.

Dissidium de fractione.

Necdum finis dissidiorum capitalium: vetus est controuersia de fractione panis multis disputationibus, & anathematismis agitata. Sunt enim qui fractionem panis publicam simpliciter necessariam, & Sacramento essentialem faciunt, alij necessariam, sed accidentariam, nonnulli adiaphoram, Pareus mediam sententiam amplectitur. Qui essentialem tuentur, omnes fractione non vtentes condemnant, quasi veram cœnã non habeant, ideoque nec Christi Ecclesię sint. Qui necessariam asserunt, atque à Christo præscriptam, easdem Ecclesias grauis peccati, & violatæ institutionis Christi arcessunt, mutilum enim esse aiunt,

quod

quod ſine fractione celebratur Sacramentum. Sunt alia innumera, de quibus conſenſus eſt faciendus, vt eodem modo Lutheranis omnes reſpondeãt, quod niſi contingat, ipſam partem in ſe collidi eſt neceſſe. Itaque hæc ſumma eſt, ſi ſerio, ſi ſincere Synodum quærunt, & pacem cum Lutheranis, domi inter ſeſe illam colant.

CAPVT X.

Impedimentum Synodi ex Collocutorum qualitate.

AD negocia publica pertractanda, præſertim pietatis, & religionis, fide, ſinceritate, conſtantiâ, audiendi facilitate, reſpondendi comitate, quam maxime opus eſt, illi vero quos inter Synodus conſtituitur, homines ſunt callidi, verſuti, fraudulenti, lucri appetentes, nihil ſincere, nihil aperte agentes. Tales ſunt, mutuo de ſe iudicio, non ergo niſi illâ opinione ſublatâ cœtus agitare, colloqui, fidere ſibi poſſunt, Non hic mihi iudi- Impedimentum ex diffidentia.

candi partes sumo, si tamen actor esse vellem, plurimas mihi probationes historia testis suppeditaret, de eorum iudicio loquor, tam enim ex temeritate suspicandi, quam ex vero diffidētia nascitur, & simultas, vbi vero dolus deprehenditur, ne agi quidem de pace quicquam potest, quis namque pacem petat, cum norit insidiis nomen pacis obtendi? blanditias esse dum illiciuntur, in captos sæuitiem exerceri? cum his ergo pax esse non potest. Lutheranos, Pareus *in Epistolâ dedicatoriâ ad controuersiam Eucharisticam, in hunc modum describit: Quicquid vero de Lutherianis hic dicitur, de nostris in Germania Vbiquitariis, rigidis, sæuis, ac turbulentis veritatis hostibus est dictum, qui nullas pacis conditiones, nisi saluâ suâ Vbiquitate, & Maiestate recipiunt, qui orthodoxos tanquam hæreticos ipsis Turcis deteriores traducunt, & damnant, quiq; palam profitentur, ad Papistas potius esse transeundum, quam cum orthodoxis, quos Caluinianos vocant, fraternitatem colendam esse. Ex quibus nuper aulicus quidam stentor, publico scripto non erubuit,*

Iudicium Parei de Lutheranis.

*uit principi suo consultor esse, vt in co-
nitiis potius sese Papistis, quam orthodo-
is Caluinistis coniungeret, duabus allatis
ationibus, vna Theologica: quod Luthe-
iani cum Papistis in pluribus consentiãt,
uam cum Caluinianis, quos vocat: altera
iuili, quod Papa pro tuendo imperio Ro-
iano vires conferat: Principes vero Cal-
iniani cum Turcâ aduersus imperium nõ
issimulanter colludant: quarum posterior
uidem longe aliter, quam calamo refuta-
i mereretur, &c.*

De cæteris non disputo, vnum est,
uod dissimulare haud quaquam va-
o, mirari me; serione cum talibus pa-
em quærat Pareus, quam sciat non
osse dari? Si enim nullas pacis condi-
ones Lutheriani suscipiunt, nisi saluâ
biquitate, & Caluiniani figuram te-
amento domini sui insertam exime-
e detrectant, conueniri, rixari, pu-
nari potest, concordia iniri non po-
est. Lutheriani similiter adduci nun-
uam poterunt Caluinistis vt credant
ire, an iniuriâ, ipsi viderint. Beza Gôp-
ingæ à Iacobo Andreæ frater appel-
tus est, sed talis præcesserat confessio

Fraus C[...]
uiniano[...]

Bezæ, & Farelli manu ſubſcripta, vt Lutheranus videri vterq; poſſet. Cautior deinde factus nõ facile ambiguis, & fucatis verbis fidem habuit pag. 112. Coll. Momp. impoſturam Bezæ obiicit. *Quemadmodum etiam alia quædam recitare poſſem, in quibus nobiſcum ita loqueris, vt imperitus lector, non aliter cogitare poſſit, quam tuam R. per omnia nobiſcum ſentire.* Vide Holderum *in admonitione ad Bezam*, quem factum eſſe Lutheranum refert idem Holderus, cum *pecuniis Lutheranis inſidiaretur.* ita *in aſino-aue pag. 49.* Eundem luſum luſiſſe Grynęũ idem narrat, p. 74. *cum Brentio filio adularetur, vt ſic facilius patri Brentio commendaretur*, licet oſor Brentianæ doctrinæ, & nominis clam cum Sacramentariis colluderet. Notauit hoc ſtratagema, & verborum Labyrinthos iam olim vetulus Lutheri diſcipulus Eraſ. Alb. p. 2. *contra maledictam Carolſtadianorum doctrinam*, *Loquuntur*, inquit, *nobiſcum*, *ſed non ſentiunt nobiſcum.* Eâ de cauſa Lutherus Philippo cum anno 1535. Caſſellas ad Colloquium iret, inter cætera monita hoc

ıoc etiam dedit. *Nullo modo concedi-
nus, nec de nobis dici volumus, quasi al-
er alterius sententiam non satis sit asse-
utus. Is enim prætextus in tantâ, tamq;
rduâ causa parum fuerit commodus, præ-
ertim cum vtrinque id pro vero minime
abeamus.* Bucerus enim persuadere
itebatur, non satis hactenus à se mu-
uo esse intellectos, vt eo saltem men-
lacio fucũ alicuius pacificationis in-
uceret. Rem insigni similitudine Ri-
ander explicuit in *Lupo excoriato: Lu-
um ait, cum ouem ceperit leui eam mor-
e, qui dolorem non adferat, per lanam ap-
rehendere, ne molle pecus agitatione suâ
urrentis impetum remoretur*, ita Calui-
istas primo leniter, & sensim irrepe-
e, omnia dissimulare, vbi res suas in
uto collocarint, immanitate barbarâ
euire, magistratus in afflictos conci-
are, ideo nulla posse cum ipsis collo-
uia iniri.

Initio lenes Caluinistæ, deinde sęui.

His adde auaritiam: Perpetuo Cal-
inistæ obiiciunt Lutheranos ex con-
entionibus lucrum quærere; *Osian-
rum vocant præpositurarum in Germa-
ia venatorem*; pios, hoc est Caluinistas
com-

Auaritia eorundem

compendij causa persecutionem pati, è contrario Bezam, vt dixi, Holderus Lutheranicæ pecuniæ vocat insidiatorem. Erasmus Alberus p. 2. Caluinistarum Deum esse ventrem. Adde ambitionem, contentionem; omnia Lutheranorum, volumina in Sacramentarios euulgata, à libris Lutheri vsque ad extremum Ludimagistrum plena sunt flammâ, & sanguine. Lutherani Haidelbergâ exules pag. 72. *relationis de mutata in palatinatu religione, furioso, & maledico scribẽdi genere* Caluinistas queruntur *vsos*, Erasmus Alberus Carolstadium in medio dæmonum, cum scriberet in Lutherum, sedisse, serio asserit.

Ambitio.

Imperitia & mendacia.

Adde imperitiam Erasm. Alb. p. 1. Es ist alles erstuncken / vnd erlogen / was die Schwermer fürgeben / den sie sein Carolstadts kinder / die nicht anders können dan Liegen / vnnd weil sie selbst gewachsene Doctores sein / so bleiben sie Esel vnd Tölpel ihr lebenlang. *Omnia quæ Schvvermeri seu fanatici adferunt, putida sunt mendacia, sunt namque illi Carolstadiana progenies, quæ aliud quam mentiri non potest, quia vero ex sese nati sunt doctores, asini & stolones totam vitam* per-

ermanent. An hos tales audient in Concilio de religione differētes? Nec iud de Lutheranis iudicium Grynęi programmate Apologiæ breuis. *Manifesta sunt argumenta hominis tra-ti à Deo in mentem omnis iudicii exper-m, facere quæ non conueniebat, oppletū e inuidiâ, & malignitate, susurronem, trectatorem, cōtumeliosum, superbum, oriosum, inuentorem malorum, chari-tis expertem, implacabilem, immiseri-rdem denique esse, hæc Iacobum Andreæ ultis iam annis, fecisse, & etiamnum a-re scripta, & acta illius testantur &c.* uæ potest esse pax cum tali porten-? Siue enim illa vera sunt, siue falsa æquo conciliationis nulla spes esse test. Si vera, ad beluas ablegandi itherani, ex finibus humanitatis o-nis, & consuetudinis exterminandi; falsa, non est conuitiator tam ef-frons in Republicâ tolerandus, quam est Grynæus.

CA-

CAPVT XI.

De impedimentis Synodi ex defectu iurisdictionis.

Impedimentum Synodi ex defectu potestatis.

COncilij officium est iuxta Pareū, *Verum inquirere secundum normā scripturarum de religione constituere, contumacibus silentium imponere, damnare peruicaces, de morum etiam reformatione constituere.* Hæc sine auctoritate publicâ, & iurisdictione fieri nō posse certum est, & Zvvingliani concedunt. Iudicium enim iniustum facit arrogata sine iure potestas. Magnopere Ioan. Franciscus Astaspis contendit, Palmerium à Concordistis damnari non potuisse, quod *nulla sit illis in exteros concessa iurisdictio.* Concludit deinde vniuerse pag. 62. *Eos demum legitimos dici iudices, qui ordinariam in illis Ecclesiis vocationē habent, eos esse illegitimos, qui sibi in alienos greges potestatem vllam vsurpant, neque eos, qui in iudices illos non consenserunt, sententiâ iudicantium teneri.* Synodus ergo genera-

alis esse non potest, quia inter secta-
ios iurisdictio generalis esse non po-
est, Caluiniani enim qui ab exteris
udicari nolunt, à Synodo iudicari nō
ossunt.

Statuamus namque fieri Synodum,
uam illi moliuntur, quæ tamen esse
on potest, Britannici Episcopi, Ger-
nani Hyperepiscopi, siue superatten-
entes, Gebennensia ministeria in an-
um mutabilia aderunt, Consentire
iam illos posse credamus siue συγκρη-
τίσθαι. Decretum itaq; facient ex mē-
Parei. *Non esse iure diuino Episcopum
esbytero maiorem*. Nulli tamen cōtra
ntiēti silentium imponere poterūt.
eq; enim Gebennensibus, aut Ger-
ani parere tenentur, aut Angli, vt
piscopi imperio, & honore suo de-
dant, & cæteri spem adipiscendi E-
scopatus amittant, nulla enim Gal-
, aut Germanis in Anglos iurisdictio;
mo igitur obtemperare cogitur, vbi
im deficit ius imperandi, nulla est
cessitas parendi, sunt enim illa. *
ῥμενα, & ἀντίστροφα. Tres porro modi
nplificandæ, atque in externos ex-
ten-

*Connexa & reciproca.

tendendæ iuriſdictionis poſſunt ex-cogitari.

Quomodo cõmunicari poſſit iuriſdictio.

Primus eſt, vt ex omnibus Eccleſiis Puritanis omnes miniſtri, ex Lutheranis omnes ſuperattẽdentes, ex Anglia Archiepiſcopi, & ſi quos illis addere ſit collibitum, conueniant, eâ enim ratione ſingulorum cœtuum miniſtri ordinariâ, quam ſe habere arbitrantur poteſtate, decreta Synodi exhibere, immorigeros coercere, contumacibus ſilentium imponere poſſent. Verum magnas habet illa ratio difficultates, neque enim tanta prædicantium proluuies in locum vnum confluere poteſt, nec ali illa *μυρμηκεῖα vnâ in vrbe, minimum eſſent centena millia præter familiam. Si tamen *μυριάδες illæ compingerentur in vnum, ne ſic quidem ius aliquod Synodo cõciliaretur, ſed ſingulis maneret in proprias oues iuriſdictio, nulla in alienas, omne igitur imperium, & imperij neglecti pœna iniqua eſſet. Alter modus in ſpeciem videtur facilis, euentu inutilis eſt. Vt ſingulæ prouinciæ, ſiue omnes vnius prouinciȩ Eccleſiȩ, Vnum eli-

*formicarium agmen.

*tot dena millia.

eligant cui nomine omnium ius dicē-
dæ ſententiæ delegent, ei in ſe poteſta-
tem permittant, quaſique quendam
Epiſcopum extemporalem faciant,
biturum Magiſtratu, poſtquam ex
Synodi decretis conſtituerit Eccle-
ias. Si v. g. Eccleſiæ Palatinianæ Pa-
eum, Gallicanę Pleſſæum, Hollandi-
æ Bertium communibus ſuffragiis e-
igant, vt Synodo interſint, decreta
ynodi proponant, contumacibus ſi-
entium imponant, præfractos dam-
ent, excommunicent, exulare co-
ant. Verum obſtant eadem quæ ante
nemoraui, Vnius eſſet illa, non Syno-
i poteſtas. Deinde non erit facilis, v-
iūs non dico prouinciæ, ſed domus
nius in vnum conſenſus. Rigidi non
igent mollem, nec molles rigidum,
ec eſſentialiſtæ adiaphoriſtam, nec
i illos, nec Puritani Epiſcopum, nec
piſcopi Puritanum.
Non eligent Leidenſes Sibrandum,
ec Franikerani Bertium. Deinde
uic electioni, neceſſaria multa ſunt,
ocatio, electio, conuentus priuati o-
nium prouinciarum, atque vrbium.
H La-

Laborioſa res,& ſumptuoſa,imo periculoſa,illi enim ſic vocati nihil ab Epiſcopis,ſi poteſtatem conſideres, different, quāquam enim temporales ſint, Epiſcopos tamē ſuo more conſtat eſſe. Non igitur hoc ferent presbyteria Gallicana ; qui * τὴν ἰσότητα τῶν ἴσων magnis ſpiritibus adurgent.

* æqualitū æqualem ſortem.

Tertius itaque modus eſt tenendus, vt toti Synodo de religione iudicandi iuxta ſcripturas, contumacibus ſilentium imponendi, excommunicandi, damnandi, anathematizandi legitimi iuris poteſtas concedatur,quę ſit ſingulorū, & totius Synodi, non ſingulorum in ſolidum,ſed vniuerſorum, aut plurium. Sic enim omnium in omnes nonnulla erit iuriſdictio. Verbi gratia. Lutheranorum in Caluiniſtas, & horum in illos,Anglorum in Gebēnenſes, & miniſterij Gebennenſis in Primates,& Pſeudoarhiepiſcopos Britannos.Alia Synodi eſſe ratio non poteſt,ſi quidem aliqua eſt illi concedenda poteſtas.

Si principibus,& populis hoc viſum fue-

fuerit; me quoque suffragatorem habebunt, vehementissime namque Synodum illam cernere desidero; sed tamen

πικρὴν χολὴν κλύζουσι φαρμάκῳ πικρῷ, acri pharmaco acrē bilem eluunt.

ostendentque, grauia esse vulnera quibus extrema remedia sint adhibenda. Synodo enim generalissima potestas in omnes daretur, quam illi antichristianam esse affirmant; Deinde particularibus Synodis tota res transigenda esset, multoque operosior est ratio quam prima fuerit, vnicuique enim prouinciæ non modo ex suo corpore eligendus est iudex, verum etiam, quod maius est, & plenum non modo periculi, sed etiam stultitiæ, consensu publico, externi, & ignoti iudices accipiendi. Nempe serenissimus Rex magnæ Britanniæ iudicio Episcoporum suorum, quorum se caput putat, Iudicio Puritanorum, quorum nondum natus, petitus est insidiis, Lutheranorum, Vbiquitariorum, Flaccianorum se permittet, cæteri omnes Caluiniani sedere iudices suos volent Lutheranos, de quib. Sturmius *in præf. ad lib.*

Buceri, ait, *esse homines, quibus si magistratus gladium suum per triduum concederet, crudelissima statim sequerentur, condemnationum tonitrua, fulgura, fulmina.* Exules Marpurgenses, Coloni Gieſenses Illustrissimum Hassię Lādtgrauium iudicabunt, Serenissimum electorem Saxoniæ, factiones Peuceranæ, & Crellianæ, Haidelbergam Tubinga, Brema Wittēbergam, Herborna Ienam, Geneuam Cantabrigia, Lugdunum Batauorum, Franikeram Phrisiorum. Quis autem finis tot iudiciorum? Ille scilicet vt noua schismata, & seditiones ex Synodo velut equo Troiano exeant. Nam fieri nullâ ratione potest, quin vel ex vnâ sententiâ, quam Synodus consentiente calculo probabit, mille incommoda nascantur. Faciamus enim Synodum iudicare, *Oralem manducationem Corporis Christi præsentis nullam esse, damnabilem esse.* An mox tota Saxonia, cum liberis imperij ciuitatibus fidem mutabit suam, quodque tantâ contentione docuit, ad vnius conuentus iussum abiiciet? an illi regibus, & principibus silen-

ſilentium imponent? Nonne ſuos, quos ad Concilium miſerunt, longe finibus arcebunt, vt apoſtatas perſequentur? Nulla igitur pax, nulla conciliatio ex odiis oriri poteſt, & iudiciorum varietate, ſed chaos, & confuſio tam religionis, quam reipublicæ.

CAPVT XII.

De Synodo conſideratio Lutheranorum.

INnumera ſunt alia Synodi impedimenta, vt ex ſequentibus diſputationibus palam fiet, ſed vel præcipuum illud eſt, quod Lutherani, qui altera pars Synodi ſunt, ab eâ vehementer abhorrent, nemo eorum colloquia cum Zwinglianis approbat. In primis Lutherus, ad quem durantibus adhuc Auguſtæ comitiis cum Bucerus Coburgam veniſſet pacis causâ, ſatis Lutherus, quæ ſua de eiuſmodi colloquiis ſententia eſſet, oſtendit: Res ita narratur à miniſtris Lutheranis in hiſtoriâ confeſſionis Auguſtanæ, p. 171.

Lutherani abhorrent à Synodo.

Accidit eo tempore vt Lutherus vespertilionem, qui forte fortuna in cōclaue ipsius inuolarat, captum, & animi gratia parietibus arcis affixum, arcu peteret, atque tangeret: ex quo telum eximens, cum ipsum quoque cor simul extraxisset mox M. Vito appellato, dixit; videbis, vite, non futurum hoc absque omine, & præsagio, quod ipsum vespertilionis cor tetigi atque extraxi. Eo autem ipso die Bucerus accessit cuius aduentum cum per indicium cognouisset Lutherus, M. Vito prioris sermonis admonito, dixit, en, Vite, cor vespertilionis tangam: quod etiam factum est. Et tamen tunc temporis, vt Sleidanus etiam lib. 7. inquit, Bucerus responsum tulit minime incommodum. Vnde etiam paulo post ad Zwinglium, & Oecolampadium eâdem de causa sese contulit. Sed variis subinde interuenientibus remoris conciliatio illa tunc quidem temporis suo effectu destituta fuit.

Insigne testimonium, quo & Bucerum Vespertilionem, hoc est noctuabundam, & obscenam auem asseuerat,

at, & eum nihil ſincere agere, vel di-
cere confirmat, nam cordis illa euul-
ſio, nequitiæ reconditæ, ſed patefactæ
ſymbolum eſſe vult Lutherus, id indi-
cat Epiſtolâ quam paulo ante ad Phi-
lippum Auguſtæ verſantem ſcripſit.
Bucero, inquit, nihil reſpōdeo. Noſti,
* μισῶ ταῖς κυβειάς καὶ πανουργίας ἀυλῶν, ὀυκ ἀρέσκυσί μοι οὗτοι.

*quod odi eos, qui in ſtabiles in omnia ſe vertunt, non mihi placent tales.

Reliquorum inſtar omnium ſint Nurnburgenſes miniſtri, qui conſulti ab ampliſſimo illius Reipublicæ ſenatu, de colloquio, & conciliatione cum Zwinglianis ineundâ in hæc verba reſponderunt, quæ ſubiungam, nam in Archiuis Saxonicis adhuc cuſtodiri illa dicuntur. Scripta eſt illa conſultatio anno 1530 comitiis Auguſtanis nōdum finitis, cum vehementer Zwingliani fraternitatem à Lutheranis poſtularent, & vt ad ſubſcriptionem Confeſſionis Auguſtanæ admitterentur inſtarent. Scriptum ita habet.

Ampliſſimi prudentiſſimi viri, Domini obſeruandi, ſignificauit nobis P. veſtra per ſuum Secretarium: eſſe quoſdam magni nominis Principes,

Grauiſſimum ſcriptum miniſtroru m Noribe-

genſium, quo conciliationẽ & colloquia cum Zvvinglianis diſſuadent.

qui de Zwinglio eiuſque præcipuis ſectatoribus, per publicam aliquam diſputationem, ſeu familiare colloquiũ, ab errore Sacramentario reuocando, cogitationem, laboremque ſuſcipere decreuerint. De quo ipſorum inſtituto, num videlicet ſalutare, aut fructuoſum illud iudicemus? cum animi noſtri ſententiam ſcripto explicare iuſſi ſumus: habito eâ de re conuentu, poſt diligentem, & accuratam deliberationem, variis, iiſque grauiſſimis cauſis adducti, ſuffragiis per omnia conſentientibus, ab hoc incepto, quantum fieri poteſt, deſiſtendum eſſe, ſtatuimus. Et huius quidem conſilij noſtri haſce habemus rationes.

Primum. Quia Paulus Tit. 3. inquit: *Hæreticum hominem poſt vnam, & alteram admonitionem deuita, ſciens quod ſubuerſus ſit, qui eiuſmodi eſt, & delinquit, cum ſit proprio iudicio condemnatus.*

Zvvingliani hæretici & ſubuerſi ac proprio

Zwinglium autem vna cum ſuis ſectatoribus, hæreticum, & ſubuerſum eſſe, ipſa luce meridiana clarius eſt. Nõ ſolum enim antehac ſecus, quam nũc cre-

crediderunt, ac docuerunt: ſed illud ipſum etiam dogma, quod iam profitentur, cum immota verbi diuini veritate, trium Euangeliſtarum, & ipſius etiam Pauli teſtimonio confirmatâ, è diametro pugnat. Et etiamſi multoties poſtulatum ab ipſis ſit, & euidentibus rationibus ex ſcriptura depromptis, edoceant: verba illa aliter, quam ſonant, intelligenda eſſe: facere tamen illud neque poſſunt, neque volunt: Quin potius cœcæ tantum rationis ductum ſequuntur, adeo, vt rationes, & argumenta ipſorum, probationibus multo magis, quam ſtatus etiam ipſe indigeant: ſicuti idipſum ſole meridiano clarius eſt omnibus, qui ſcripta ipſorum euoluerunt. iudicio dānati ſunt, nec quicquam Dei verbū morantur.

Ipſe igitur Spiritus Sanctus per Paulum nos docuit, quo modo nos gerere erga eos debeamus, videlicet vitemus eos, non autem cum ipſis diſputemus. Quapropter neque neceſſe, neque vtile eſt vt caritatis prætextu, & ſpe emen- Zvvinglia ni tanquā ſubuerſi vitandi & auerſandi.

dationis porro cum ipsis congrediamur.

Siquidem publicis scriptis non semel atque iterum, sed sæpius erroris admoniti, atque conuicti, nihilominus in suo errore pertinaciter perseuerant. Si iam caritatis lex vlteriorem collationem cum ipsis institui iuberet: Spiritus Sanctus sane, vniuersæ charitatis fons atque auctor, eiusmodi hominem non tam deuitandum, quã docendum, instituendumque mandaret. Et si qua conuersionis spes de tali homine subesset, procul dubio Spiritus Sanctus, omnium rerum futurarum præscius, non diceret: *Scias quod talis sit submersus*: sed potius. *Qui scis num ad sanitatem reducere eiusmodi hominem possit?* Adhæc, etsi maxime spes aliqua de quibusdam hæreticis in veritatis viam reducendis subsit: de his tamen spes emendationis omnino nulla est: & qui Paulo teste, *non solum submersi sint*, sed eiusmodi quoque peccatum, suæ dogmatis propagatione admittant, quo semetipsos, vt Apostolus ait, *proprio iudicio condemnant*. Illud autem

m eſt peccatum in Spiritum Sanctũ, quod neq; in hoc, neque in futuro ſæculo remittitur : peccatum ad mortẽ, pro cuius remiſſione Ioannes nemimem orare vult : Cuiuſmodi quidem peccato teneri Zvvinglium, arrogantia, ac faſtus illius manifeſte arguit. Cum enim prior ſententia, qua pie, & recte de Cœna Dominicâ docuit, & ſcripſit, aliquando ipſi obiiceretur : nõ fuit ea animi ſubmiſſione, vt illius tẽporis ignorantiam, aut ſimile quid bonâ, ingenuâque conſcientiâ dignum, prætendiſſet: ſed potius ad inſulſas excuſandi rationes (Id temporis ſibi nõdum oportunum fuiſſe viſum, Hem, quid auditorum captus ferat diſpiciẽdum eſſe) ſeſe conuertit. Et id ſane tolerari aliquo modo poſſet : niſi forte, (quod impium plane foret) agnitæ veritatis confeſſionem, ad ſuum vſque tempus reiiciendam eſſe cenſeat. Ipſe vero (ſicut verba ipſius habent) veritatem ſuam, quemadmodum nunc ſentit, non ſolum reticuit, ſed ipſiſſimam etiam veritatem præclare docuit, atq; aſſeruit, Deum, & Chriſtum atteſtatus, ſe non

Zvvingliani peccatũ in Spiritũ S. & ad mortem committunt.

Zvvĩglius errorem ſuum longo tempore verſute diſſimulat.

non ſcire meliora quod certe animi indurati, atque impij euidentiſſimum eſt indicium. Etſi autem minime credamus ipſum nunquam ſerio egiſſe, & diuerſum de ipſo ſciamus, verbis tamen ipſius immorati, cogitamus: Quidnam ſibi velit hoc, quod initio vera ſcripſit, *Deum, &* CHRISTVM *atteſtatus, ſe non ſcire meliora*, & poſtea tamen affirmare non veretur, ſe nullo vnquam tempore ita ſenſiſſe, quin ſemper cognitum habuiſſe corpus, & Sanguinem Chriſti in Euchariſtiâ verê non adeſſe: fuiſſe vero parcendum infirmioribus. Vtique conſcientiam hanc eiuſmodi eſſe neceſſe eſt, quæ ſibimet etiam ipſi non poteſt veritatis teſtimonium tribuere, ſed potius *ſeipſam proprio iudicio condemnet.*

Zvvīglius ſemetipsū proprio iudicio cōdemnat.

Præterea notorium, & ipſa luce meridiana clarius eſt, totam Zvvinglianorum factionem in ſcriptis publice editis, in manifeſtis, ac notoriis mendaciis multotiens deprehenſam eſſe: & quidem in eiuſmodi mendaciis, quæ non errore aliquo, ſed ſtudio,

Zvvingliani perpetuo in mēdaciis deprehendūtur.

io , dataque operâ commiſſa omnium bonorum teſtimonio , & conſeſſione videntur. Quod ſane certiſſimum indicium eſt , ipſos cauſæ ſuæ diffiderere, nec ſimplici veritate obtinere eam poſſe. Atque ita propriæ conſcientiæ iudicium , in hac etiam parte, ſe ſatis , ſuperque in ipſis prodit.

Inſuper quanta ſit abominatio cordis , & conſcientiæ ipſorum ex eo ſatis conſpicitur, quod optimis quibuſque , lectiſſimiſque vocabulis, ſummo ſtudio, diligentiaque conquiſitis , errorem ſuum veſtire incipiunt, vt ita fucum facere ſimplicioribus poſſint : ſicut inprimis videre eſt in Copia ſcripti , quod de articulo Cœnæ legati N. N. in proximis comitiis Spirenſibus exhibuerunt. In eo enim liquido apparet , eos magno conatu ita de toto negocio loqui , vt ipſos per omnia nobiſcum conſentire exiſtimemus. Quo quidem artificio iam pridem pleriſque ita impoſuerunt , vt ipſorum ſententiam tan-

Zvvingliani homines διπλοῖ conſensũ nobiſcum affectãtes, & tamen ſubinde contrariũ agentes.

tanquam per omnia cum nostrâ consentientem, suo calculo præcipitanter, & intempestiue comprobarint. Ipsa autem luce meridianâ clarius est, eos non credere pręsentiam corporis, & sanguinis Christi in Sacra Cœna: id quod non solum scripta, & conciones ipsorum, sed publicum quoque, quo aduersus Lutherum flagrant, odium satis testatur. Quin etiam in hac ipsa Copia errorem suum tectis verbis hoc modo fatentur: Hi vero qui sine fide Cœnam Dominicam vsurpant, sibimetipsis iudicium sumunt: nullo autē modo participant corpus, & sanguinē Christi. Et tamen asseuerare non verentur, se ita credere, & firmiter credendum docere, quemadmodum à tribus Euangelistis, & Apostolo Paulo litteris proditum est: Idque sine vllo additamento, sine mutatione, sine interpretatione humanâ, & nebulis Philosophicis in omni fidei simplicitate. Quis quæso has ipsorum voces audiēs non existimaret ipsos in solidum nobiscum consentire? contra vero quis non videt ex superioribus verbis, ipsos,

In quo cōsistat certamen inter nos & Sacramentarios.

ſos * δὶς διὰ πασῶν à nobis diſſentire? * toto cœlo
iquidem non de vſu, & fructu, ſed ipſa
Cœnæ Dominicæ ſubſtantia contro-
ertitur? Cum igitur non conſentia-
nus, & tamen verba ipſorum conſen-
ionem aliquam præ ſe ferant, alteru-
rum committi neceſſe eſt, vt vel ver-
ba ipſorum minus recte accipiamus,
vel lingua, & mens ipſorum inter ſe
diſſideant. Sed profecto non deficit
nos intellectus. Per Domini gratiam
enim Germanice non minus, imo et-
iam melius, quam ipſi, nouimus: Ideo-
que manifeſtum eſt, ipſos aliter loqui,
quam animo ſentiunt. Certum etiam
eſt ipſos præſcire nos verba ipſorum
non accepturos; prout ipſi in animo
habent. Et facile aliter, ac ita quidem
loqui poſſent, vt mentem ipſorum in-
tellectam à nobis iri, pro certo ſcirent:
Id vero cum non faciant, manifeſtiſ-
ſimum eſt hoc ab ipſis agi, vt non ſcië-
tes prudenteſque circumueniant.

Sacramētarii, aliter loquuntur & aliter ſentiunt.

Iudicet igitur P. V. an non malam,
& in hoc negocio metuentem ſibi ha-
beant conſcientiam, cum ſermone
perſpicuo, & plano, minimeque ob-
ſcuro,

Sacramentarii malā habent conſcientiam, ſuce

prodire in lucem audent, sed venenum suum occultant.

ſcuro,& inuoluto prodire in lucem nō audeant, ſed virus ſuum ſub eiuſmodi vocabulis tegant, quæ ſuâ naturâ, & proprietate nihil venenatum erroneumue præſeferunt. Cogitet etiam P. V. an non Sathanam, patrem mendacij, ductorem, præceptoremque habeant, qui ſubdolis vocabulis nebulas nobis offundere ſtudent: Nam certe etiam linguæ Germanicæ vim faciunt. Diuerſa enim ſunt cum dico: Jch geneus daß ding/Vnd geneus daß dingß. Hac enim loquendi forma dico, rem vtilitatis cauſam eſſe: illa vero quod ſit vſus, vel vtilitas ita Germanice recte diceretur: Abraham vnd andere fromme Jüden haben deß Leibs/vnd Bluts Christi genossen/ sie haben aber nicht den Leib / vnd daß Blut Christi genossen. Contra: Judas hat den leib / vnd daß blut genossen / er hat aber deß leibs / vnd Bluts nicht genossen. Diſcrimen illud minime ignotum ipſis eſt, & tamen dicunt: Chriſtianos perfrui corpore, & ſanguine Chriſti, cum tamen nullo modo id credant, imo etiam palam contradicant.

Sacramētarii do-

Cogitet etiam P. V. quam impia, & à veritate prorſus aliena hæc ipſorum

vox

ox ſit, qua dicunt: Quod ad cætera v-
umquemque, prout ductus à Deo
ierit, in ſuâ ſententiâ, & intellectu re-
nquimus. His enim verbis præ ſe fe-
int, quaſi liberum faciant, ſi quis ver-
a eodem ſenſu accipiat: ſicuti etiam
ntehac, & litteris, & libellis publice
litis, innuerunt: non eſſe rem tanti
omenti, vt illius cauſa diſſidere, &
aritatis vinculum ſoluere debea-
us. Hoc vero primum manifeſte
lſum eſt: non enim quemuis in ſua
linquunt ſententia, & intellectu:
uin concionibus, & ſcriptis, noſtram
ntentiam, tanquam ſummum erro-
m, & idololatriam, cum pleriſque
lei Chriſtianæ articulis, & ſacra ſcri-
ura diſcrepantem, oppugnant: quod
idem iure ab ipſis fieri fatendum e-
t, ſi ſententia ipſorum cum veritate
ngrueret.

ctrinā de cœna exigui momēti, & diſſidione indignam iudicant.

Deinde etiam ſcelerate, & nefarie
ipſis fit, ſi tamen ita fit, quod cuiuis
erum faciant, vt in hoc negocio cū
eriſque fidei articulis, ex ipſorum
ntentia, pugnante, prout vult, ſen-
t atque credat. Adhæc ſumma con-

Sacramētarii nefarie, & ſcelerate agūt & Deum contumelia afficiūt.

tumelia Deum afficiunt ipsum, tribuēdo scilicet ei quod plerosque in hunc, alios in alium sensum ducat, cum tamen pacis, & non dissenssionis Deus sit: imo quod magis blasphemum est, quasi plerosque etiam in sensum cum articulis fidei, vt ipsi quidem asserunt pugnantem, deducat. Si vero recte hoc ab ipsis dicitur, quod vnumquemque in suo intellectu relinquant, in quem diuinitus deductus sit, vt ipsis adhærere nolit: profligatissimi certe nebulones sunt, quod intellectum nostrum, in quem diuinitus deducti sumus, non solum oppugnarunt, sed etiam tanquam errorem, & idololatriam, fideique repugnantem improbarunt.

Deus enim ducit nos in sensum diuersum.

Ex quib. omnibus P. V. videt, ipsos hæreticos, atque apostatas esse. Ante hac enim recte docuerunt, Deum ipsum, ac Christum testati, se non scire, nec videre meliora: iam vero secessione facta, secus docent. Dicunt etiam, præsertim vero Zwinglius, se semper quidem hanc opinionem tenuisse; sed temporis & infirmorum rationem tenendam sibi fuisse.

Inconstātia & leuitas Sacramentariorum, qui hæretici atque Apostatæ sunt.

Videt etiam P. V. ipſos eſſe ſubuer-
ſos, vt qui multotiens conuicti in viam
non redeant. Intelligit etiam Pruden-
tia Veſtra ipſos ſuo ipſorum iudicio
condemnari, hoc eſt, occultis propriæ
conſcientiæ morſibus pungi, ac redar-
gui, eo quod variis, & multiplicibus
mendaciis, & dolis hanc cauſam à ſe
agi animaduertunt.

Et quod omnium maximum eſt,
videt P. V. ipſos iam dudum *in repro-
bum ſenſum traditos*, abiectos, atq; pu-
titos eſſe, vt ſententiam illam, qua ſe-
metipſos damnarunt, & ſermone, &
facto prodant, adeo vt Dei iudicium
non tam videri, quam palpari in ipſis
poſſit.

Quia igitur voluntas, & mandatum Spiritus Sancti manifeſtum eſt, ipſos
nunquam *ſubuerſos, & proprio iudicio
condemnatos, vitãdos eſſe*, & id quidem,
cum ſemel, atque iterum admoniti
ſint, quanto magis eos nunc toties ad-
monitos, atque conuictos, & in mani-
feſtiſſimis mendaciis, atque dolis con-
tra conſcientiam deprehenſos, vitan-
dos exiſtimabimus.

Sacramẽtariis ſe commiſcentes à Spiritus S. mandato recedunt.

Quid quæso boni inde exspectari potest, si contra voluntatem, ac mandatum Spiritus Sancti, docere eos incipias, quos ille subuersos pronunciat, & cum illis multum commiscearis, quos ipse auersandos vitandosq; mandauit?

Secundo. Quod à plerisque obiicitur, ac perpenditur periculum huius dissensionis, quasi ea vtrique, tam politico, quam Ecclesiastico ordini maximum sit allatura detrimentum: habet quidem sollicitudo illa in foro rationis humanæ aliquam speciem, sed in foro Cœlesti coram Deo ea prorsus nulla est. Dicit enim Spiritus Sanctus per os D. Pauli 1. Corint. 11. *Oportet hæreses esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant in vobis.* Spiritu Sancto igitur sententiā pronunciante, *Oportere hæreses esse*, quis quęso eas auertat? Priscorum certe temporum memoriam animo repetentes, videbimus hæreses eo magis inualuisse, quo magis de iis humanæ rationis prudentia præcidendis laboratum fuit. Si igitur Domino visum sit, & suorum constantiam manifestare,

Necesse est hæreses esse.

re,

re, odiumque, quod in mundo susti-
nent, minuere, & ostendere ac decla-
rare, quod in veritatis tramite, perse-
uerarint, & porro perseueraturi sint:
Cur, quæso, facta cum hæreticis, atq;
apostatis consociatione, & coniun-
ctione, tantæ, tamque ineffabili boni-
tati Dei remoras, & obstacula obiice-
remus? Decretum iam dudum in cœ-
lis est, hæreses huiusmodi non tam ad
piorum perniciem, quam ad ipsorum
constantiam seruandam, & manife-
standam seruituras esse.
Tertio. Si quem forte fructum ex
hoc instituto, ad vtrumque tam poli-
ticum, quam Ecclesiasticum ordinem
peruenturum existimamus: demus sa-
ne disputationem omnium optime
causam esse: demonstratu tamen faci-
mum est, nullam eiusmodi vtilitatū,
quæ in nostra quidem spe, & exspecta-
tione sunt, hinc omnino secuturam
esse. Etiamsi enim Zwinglius, Oeco-
lampadius, & Bucerus arenoso dogma-
tis sui fundamento agnito, ex animo
conuertantur, viros numero tres so-
lummodo lucrati essemus. Quia vero
Spi-

Spiritus Sanctus ait, *fidem non esse omnium, nec quenquam, nisi à Patre tractum ad Christum venire*: iique solummodo credant, quorũ corda diuinitus mouẽtur: quid quæso futurum esset de tot hominum millib. hac hæresi iam dudum seductis? Certe nisi diuinitus mouerentur, multo etiã minus Zwinglio conuerso, quam Luthero constanti credituri essent. Si vero diuinitus tangantur, & moueantur, profecto Zwinglium non expectabunt.

Ouiculæ seductæ difficulter in viam redeunt.

Si iam pastores solummodo conuertantur, ouiculæ vero in errore perseuerent, quid quæso futurum est aliud quàm vt alios pastores, & forte etiam magis ineptos sibi cõquirant? Atq; ea ratione futurum esset, vt vbi nunc vnam sectam duobus, aut tribus erroribus fæcundam habemus, ibi sectas decem centum erroribus prægnantes lucraremur. Idem enim Apostolorum memoria accidisse legimus, vt Hæresiarcha aliquo per mortem sublato, postea tot hæresiarchæ, & hæreses renascerẽtur, quot * κενόδοξοι, & doctrinæ opinione inflati, in toto sectariorum gre-

Vna hæresis multarũ mater.

*Vani magistri

grege inuenirentur. Ex vnius certe Simonis Magi hæresi, post mortē illius, infinitæ aliæ enatæ sunt, vt ex ipsis erroribus videre est.

Quod si iam paucis illis Hæresiarchis conuersis, rebus præclare consultum rati, populos ipsorum, tanquam pia Ecclesiæ membra in nostram curā defensionemque suscipiamus, & inuicem auxilia ab ipsis exspectemus: ibi vero primum egregie impingemus. Erunt enim illi adhuc sub ira Dei, & nos persuasum habebimus, nihil in hac cum ipsis inita confæderatione subesse peccati: Qua ratione malum aucturi, & iusto Dei iudicio, præsentissimo exitio nos cum illis ipsis implicaturi essemus, quos Spiritus Sancti iussu vitare voluimus.

Accurate enim inter fideles, & infideles fœderis socios discernendū est. Nos quidem vtrumque male fieri existimamus. Primo si quis auxilijs piorū, quibus salua religione, ac pietate, aduersus vim, & iniuriam tueri sese poterat, spretis, atque contemptis, miraculum à Deo expectet. Deinde etiam, si

Discernēdum est inter fideles & infideles fœderis socios.

non ſcire meliora quod certe animi indurati, atque impij euidentiſſimum eſt indicium. Etſi autem minime credamus ipſum nunquam ſerio egiſſe, & diuerſum de ipſo ſciamus, verbis tamen ipſius immorati, cogitamus: Quidnam ſibi velit hoc, quod initio vera ſcripſit, *Deum, &* CHRISTVM *atteſtatus, ſe non ſcire meliora*, & poſtea tamen affirmare non veretur, ſe nullo vnquam tempore ita ſenſiſſe, quin ſemper cognitum habuiſſe corpus, & Sanguinem Chriſti in Euchariſtiâ verê non adeſſe: fuiſſe vero parcendum infirmioribus. Vtique conſcientiam hanc eiuſmodi eſſe neceſſe eſt, quæ ſibimet etiam ipſi non poteſt veritatis teſtimonium tribuere, ſed potius *ſeipſam proprio iudicio condemnet*.

Zvvĩglius ſemetipsũ proprio iudicio cõdemnat.

Præterea notorium, & ipſa luce meridiana clarius eſt, totam Zvvinglianorum factionem in ſcriptis publice editis, in manifeſtis, ac notoriis mendaciis multotiens deprehenſam eſſe: & quidem in eiuſmodi mendaciis, quæ non errore aliquo, ſed ſtudio,

Zvvingliani perpetuo in mẽdaciis deprehendũtur.

o , dataque operâ commiſſa om-
um bonorum teſtimonio , & con-
ſſione videntur. Quod ſane certiſſi-
um indicium eſt , ipſos cauſæ ſuæ
ffiderere, nec ſimplici veritate ob-
iere eam poſſe. Atque ita propriæ
nſcientiæ iudicium , in hac etiam
rte, ſe ſatis , ſuperque in ipſis pro-
:.

Inſuper quanta ſit abominatio cor-
; , & conſcientiæ ipſorum ex
ſatis conſpicitur, quod optimis
ibuſque , lectiſſimiſque voca-
lis, ſummo ſtudio, diligentiaque
nquiſitis , errorem ſuum veſtire
ipiunt, vt ita fucum facere ſim-
cioribus poſſint : ſicut inprimis
lere eſt in Copia ſcripti , quod
articulo Cœnæ legati N. N. in
oximis comitiis Spirenſibus ex-
ouerunt. In eo enim liquido
paret , eos magno conatu ita
toto negocio loqui , vt ipſos
r. omnia nobiſcum conſentire
iſtimemus. Quo quidem arti-
io iam pridem pleriſque ita im-
ſuerunt , vt ipſorum ſententiam
tan-

Zvvingliani homines διπλοῖ conſensũ nobiſcum affectãtes, & tamen ſubinde contrariũ agentes.

tanquam per omnia cum nostrâ consentientem, suo calculo præcipitanter, & intempestiue comprobarint. Ipsa autem luce meridianâ clarius est, eos non credere præsentiam corporis, & sanguinis Christi in Sacra Cœna: id quod non solum scripta, & conciones ipsorum, sed publicum quoque, quo aduersus Lutherum flagrant, odium satis testatur. Quin etiam in hac ipsa Copia errorem suum tectis verbis hoc modo fatentur: Hi vero qui sine fide Cœnam Dominicam vsurpant, sibimetipsis iudicium sumunt: nullo autẽ modo participant corpus, & sanguinẽ Christi. Et tamen asseuerare non verentur, se ita credere, & firmiter credendum docere, quemadmodum à tribus Euangelistis, & Apostolo Paulo litteris proditum est: Idque sine vllo additamento, sine mutatione, sine interpretatione humanâ, & nebulis Philosophicis in omni fidei simplicitate.

In quo cõsistat certamen inter nos & Sacramentarios.

Quis quæso has ipsorum voces audiẽs non existimaret ipsos in solidum nobiscum consentire? contra vero quis non videt ex superioribus verbis, ipsos,

ipsos * δὶς διὰ πασῶν à nobis dissentire? Siquidem non de vsu, & fructu, sed ipsa Cœnæ Dominicæ substantia controuertitur? Cum igitur non consentiamus, & tamen verba ipsorum consensionem aliquam præ se ferant, alterutrum committi necesse est, vt vel verba ipsorum minus recte accipiamus, vel lingua, & mens ipsorum inter se dissideant. Sed profecto non deficit nos intellectus. Per Domini gratiam enim Germanice non minus, imo etiam melius, quam ipsi, nouimus: Ideoque manifestum est, ipsos aliter loqui, quam animo sentiunt. Certum etiam est ipsos præscire nos verba ipsorum non accepturos; prout ipsi in animo habent. Et facile aliter, ac ita quidem loqui possent, vt mentem ipsorum intellectam à nobis iri, pro certo scirent: vero cum non faciant; manifestissimum est hoc ab ipsis agi, vt non scientes prudentesque circumueniant.

* toto cœlo

Sacramentarii, aliter loquuntur & aliter sentiunt.

Iudicet igitur P. V. an non malam, in hoc negocio metuentem sibi habeant conscientiam, cum sermone perspicuo, & plano, minimeque obscuro,

Sacramentarii malã habent conscientiam, quæ

prodire in lucem audent, sed venenum suum occultant.

ſcuro, & inuoluto prodire in lucem nõ audeant, ſed virus ſuum ſub eiuſmodi vocabulis tegant, quæ ſuâ naturâ, & proprietate nihil venenatum erroneumue præſeferunt. Cogitet etiam P. V. an non Sathanam, patrem mendacij, ductorem, præceptoremque habeant, qui ſubdolis vocabulis nebulas nobis offundere ſtudent: Nam certe etiam linguæ Germanicæ vim faciunt. Diuerſa enim ſunt cum dico: Jch geneus daß ding/ Vnd geneus daß dingß. Hac enim loquendi forma dico, rem vtilitatis cauſam eſſe: illa vero quod ſit vſus, vel vtilitas ita Germanice recte diceretur: Abraham vnd andere fromme Jůden haben deß Leibs/ vnd Bluts Christi genossen/ sie haben aber nicht den Leib / vnd daß Blut Christi genossen. Contra: Judas hat den leib / vnd daß blut genossen / er hat aber deß leibs / vnd Bluts nicht genossen. Diſcrimen illud minime ignotum ipſis eſt, & tamen dicunt: Chriſtianos perfrui corpore, & ſanguine Chriſti, cum tamen nullo modo id credant, imo etiam palam contradicant.

Sacramẽtarii do-

Cogitet etiam P. V. quam impia, & à veritate prorſus aliena hæc ipſorum vox

vox ſit, qua dicunt: Quod ad cætera vnumquemque, prout ductus à Deo fuerit, in ſuâ ſententiâ, & intellectu relinquimus. His enim verbis præ ſe ferunt, quaſi liberum faciant, ſi quis verba eodem ſenſu accipiat: ſicuti etiam antehac, & litteris, & libellis publice editis, innuerunt: non eſſe rem tanti momenti, vt illius cauſa diſſidere, & charitatis vinculum ſoluere debeamus. Hoc vero primum manifeſte falſum eſt: non enim quemuis in ſua relinquunt ſententia, & intellectu: quin concionibus, & ſcriptis, noſtram ſententiam, tanquam ſummum errorem, & idololatriam, cum pleriſque fidei Chriſtianæ articulis, & ſacra ſcriptura diſcrepantem, oppugnant: quod quidem iure ab ipſis fieri fatendum erat, ſi ſententia ipſorum cum veritate congrueret.

ctrinā de cœna exigui momēti, & diſſidione indignam iudicant.

Deinde etiam ſcelerate, & nefarie ab ipſis fit, ſi tamen ita ſit, quod cuiuis liberum faciant, vt in hoc negocio cū pleriſque fidei articulis, ex ipſorum ſententia, pugnante, prout vult, ſentiat atque credat. Adhæc ſumma contume-

Sacramētarii nefarie, & ſcelerate agūt & Deum contumelia afficiūt.

tumelia Deum afficiunt ipſum, tribuẽdo ſcilicet ei quod pleroſque in hunc, alios in alium ſenſum ducat, cum tamen pacis, & non diſſenſſionis Deus ſit: imo quod magis blaſphemum eſt, quaſi pleroſque etiam in ſenſum cum articulis fidei, vt ipſi quidem aſſerunt pugnantem, deducat. Si vero recte hoc ab ipſis dicitur, quod vnumquemque in ſuo intellectu relinquant, in quem diuinitus deductus ſit, vt ipſis adhærere nolit: profligatiſſimi certe nebulones ſunt, quod intellectum noſtrum, in quem diuinitus deducti ſumus, non ſolum oppugnarunt, ſed etiam tanquam errorem, & idololatriam, fideique repugnantem improbarunt.

Deus enim ducit nos in ſenſum diuerſum.

Ex quib. omnibus P. V. videt, ipſos hæreticos, atque apoſtatas eſſe. Antehac enim recte docuerunt, Deum ipſum, ac Chriſtum teſtati, ſe non ſcire, nec videre meliora: iam vero receſſione facta, ſecus docent. Dicunt etiam, præſertim vero Zwinglius, ſe ſemper quidem hanc opinionem tenuiſſe; ſed temporis & infirmorum rationem tenendam ſibi fuiſſe.

Inconſtãtia & leuitas Sacramentariorum, qui hæretici atque Apoſtatæ ſunt.

Videt etiam P. V. ipsos esse subuersos, vt qui multotiens conuicti in viam non redeant. Intelligit etiam Prudentia Vestra ipsos suo ipsorum iudicio condemnari, hoc est, occultis propriæ conscientiæ morsibus pungi, ac redargui, eo quod variis, & multiplicibus mendaciis, & dolis hanc causam à se agi animaduertunt.

Et quod omnium maximum est, videt P. V. ipsos iam dudum *in reprobum sensum traditos*, abiectos, atq; punitos esse, vt sententiam illam, qua semetipsos damnarunt, & sermone, & facto prodant, adeo vt Dei iudicium non tam videri, quam palpari in ipsis possit.

Quia igitur voluntas, & mandatum Spiritus Sancti manifestum est, ipsos tanquam *subuersos, & proprio iudicio condemnatos, vitãdos esse*, & id quidem, cum semel, atque iterum admoniti sunt, quanto magis eos nunc toties admonitos, atque conuictos, & in manifestissimis mendaciis, atque dolis contra conscientiam deprehensos, vitandos existimabimus.

Sacramẽtariis se committentes à Spiritus S. mandato recedunt.

 Quid

Quid quæso boni inde exspectari potest, si contra voluntatem, ac mandatum Spiritus Sancti, docere eos incipias, quos ille subuersos pronunciat, & cum illis multum commiscearis, quos ipse auersandos vitandosq; mandauit?

Secundo. Quod à plerisque obiicitur, ac perpenditur periculum huius dissensionis, quasi ea vtrique, tam politico, quam Ecclesiastico ordini maximum sit allatura detrimentum: habet quidem sollicitudo illa in foro rationis humanæ aliquam speciem, sed in foro Cœlesti coram Deo ea prorsus nulla est. Dicit enim Spiritus Sanctus per os D. Pauli 1. Corint. 11. *Oportet hæreses esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant in vobis.* Spiritu Sancto igitur sententiã pronunciante, *Oportere hæreses esse*, quis quæso eas auertat? Priscorum certe temporum memoriam animo repetentes, videbimus hæreses eo magis inualuisse, quo magis de iis humanæ rationis prudentia præcidendis laboratum fuit. Si igitur Domino visum sit, & suorum constantiam manifestare,

Necesse est hæreses esse.

re,

re, odiumque, quod in mundo sustinent, minuere, & ostendere ac declarare, quod in veritatis tramite, perseuerarint, & porro perseueraturi sint: Cur, quæso, facta cum hæreticis, atq; apostatis consociatione, & coniunctione, tantæ, tamque ineffabili bonitati Dei remoras, & obstacula obiiceremus? Decretum iam dudum in cœlis est, hæreses huiusmodi non tam ad piorum perniciem, quam ad ipsorum constantiam seruandam, & manifestandam seruituras esse.

Tertio. Si quem forte fructum ex hoc instituto, ad vtrumque tam politicum, quam Ecclesiasticum ordinem peruenturum existimamus: demus sane disputationem omnium optime causam esse: demonstratu tamen facilimum est, nullam eiusmodi vtilitatũ, quæ in nostra quidem spe, & exspectatione sunt, hinc omnino secuturam esse. Etiamsi enim Zwinglius, Oecolampadius, & Bucerus arenoso dogmatis sui fundamento agnito, ex animo conuertantur, viros numero tres solummodo lucrati essemus. Quia vero Spi-

grege inuenirentur. Ex vnius certe Simonis Magi hæresi, post mortē illius, infinitæ aliæ enatæ sunt, vt ex ipsis erroribus videre est.

Quod si iam paucis illis Hæresiarchis conuersis, rebus præclare consultum rati, populos ipsorum, tanquam pia Ecclesiæ membra in nostram curā defensionemque suscipiamus, & inuicem auxilia ab ipsis exspectemus: ibi vero primum egregie impingemus. Erunt enim illi adhuc sub ira Dei, & nos persuasum habebimus, nihil in hac cum ipsis inita confæderatione subesse peccati: Qua ratione malum aucturi, & iusto Dei iudicio, præsentissimo exitio nos cum illis ipsis implicaturi essemus, quos Spiritus Sancti iussu vitare voluimus.

Accurate enim inter fideles, & infideles fœderis socios discernendū est. Nos quidem vtrumque male fieri existimamus. Primo si quis auxilijs piorū, quibus salua religione, ac pietate, aduersus vim, & iniuriam tueri sese poterat, spretis, atque contemptis, miraculum à Deo expectet. Deinde etiam, si

Discernēdum est inter fideles & infideles fœderis socios.

quis in numero, ac viribus eorum, quorum consortium vitandum erat, spem, ac præsidium collocet. Quod vt scripturæ sacræ exemplis planum faciamus: Videmus Reges Iuda nunquā infelicius pugnasse, quam tunc, quando cum Ægyptiis, & cæteris impiis, atque idololatris, Itemque cum vicinis Israelitarum Regibus confœderationes inierunt. Contra vero, cum impiis istis sibi relictis, in solo Deo, eiusq; verbo omnem auxilij spem, ac fiduciā locarunt, nunquam deserti fuisse leguntur. Moses quoque populo Dei in deserto mandat, vt sibi à tabernaculis Chore Dathan, & Abirom caueant, nihil quod ipsorum sit cōtingant, nec quicquam cum ipsis consortij habeāt, ne forte cum ipsis terrę hiatu absorpti, subuertantur. Simile itaque mandatum de eiusmodi vitandis habentes, non est quod aliud iudicium exspectemus.

Sacramentariorū error multos alios

Quarto. Metuendum etiam est, errorem de Sacramento, in omnibus non esse solitarium. Quis enim credat, dia-

diabolum, homine aliquo sub potesta- tem suam redacto, vno errore contē- tum esse? Sicuti constat Zwinglium iam pridem publicis scriptis peccatū originis negare non erubuisse, errore longe magis eo, quem de Sacramento huc vsque sparsit, abominabili, ac de- testando. Quod si iam vnum hunc er- rorem tollamus, & reliquis nondum cognitis consociationem aliquam cū ipsis ineamus: futurum est, vt errores reliquos hucusq; occultatos, liberius, audentiusque disseminent: cui certe malo causam à nobis datā fuisse, quis non intelligeret? Nec est quod pericu- lum illud auerti posse speremus, cum ipsa experientia locuples testis sit, fœ- dera postquam inita, & cōfirmata fue- rint, hunc plerumque euentum sor- tita esse, vt maior, nocētiorq; pars pios in sua studia, ac voluntates attraxerit, iisque morem gerere recusantibus, praeter perfidiæ crimen nihil non peri- culorum intentârit.

errores atque abominationes secum trahit.

Quinto. Metuendum quoque hoc diabolum qui mendax & homicida est, eiusmodi alicuius confœderatio-

Sacramentariorum spiritus primo Anni

gelum lucis simulat postea diabolum mẽdaciis ac dolis plenum exhibet.

nis promouendæ gratiâ, ad tempus simulandi artificio exquisite se ornaturum esse, ac si per omnia in nostram abiisset sententiam. Sed animis nostris quasi furto occupatis, & omni cura, ac solicitudine vacuis, per suos forte primum Camerinam moturus, & tãtum mendaciorum, ac homicidiorum excitaturus esset, vt nulli gemitus; aut lacrymæ, nullaque manuum complosio nostræ imprudentiæ deplorandæ satis futura videretur. Quod si Carolostadio post reuocationem fides adhibita, & ministerium, ac honos restitutus fuisset suus, ipse euẽtus procul dubio comprobaturus erat, quare Diabolus tantam hypocrisin in ipso, & per ipsum exercuisset.

Sexto. Quia phrasibus ambiguis, & ad decipiendum comparatis, vtuntur: metuendum etiam est, ne vobis dolo, ac fraude superatis, opinionem suam tali verborum fuco, ac lenocinio proponant, vt non ita improbare etiam possimus, & tamen ipsi interim aliud, quam nos intelligeremus, animo occultarent. Si iam de sententia-

rum

m conformitate forte aliquid pro-
inciaretur, & poſtea pactis, & con-
ntionibus quibuſdam vtrinque ſan-
is, manifeſtum fieret, ipſos aliam, ac
ıerſam ſententiam animo occultaſ-
: certe præter id quod in diſcrimen
rporis, & animæ longe maius, gra-
ıſque coniiceremur, etiam difficile
licatu in Eccleſia foret, vtra pars al-
am circumueniſſet, aut circumue-
e voluiſſet: vnde preterea nihil, præ-
dedecus, ac damnum, grauiſſima-
e ſcandala, ad nos, noſtraſque Ec-
ſias redundarent.

Septimo. Simpliciores etiam offen-
ıtur, in hanc procul dubio, venturi
gitationem, cum tot inſtituantur
putationes, atque colloquia, alteru-
m certe neceſſe eſſe, vt aut res ad-
c in incerto, aut dubio hæreat, aut
ıra pars, alteram minus recte intel-
erit: quibus cogitationibus pleriq;
ulgentes, hallucinari facile poſ-
t.

Commune offendiculum.

Octauo. Haud difficulter colligi po-
t, Zwinglianos magno numero vē-
os eſſe. Vt vt igitur maxime in inſti-
tuta

Summum periculum à grege Sacramentariorum.

, nos ipsi causam dedissemus, iis ni-
irum nos commiscentes, quos Spi-
us S. mandato debuissemus vitare.
que eo magis quod nulla spes de eo-
n emendatione effulgeat, imo pe-
ulum etiam sit, vt nos ipsorum con-
tio deteriores efficiamur. Memi-
rimus igitur illud, quod dicit: Eum
i amat periculum, dignum etiam es-
vt in eo pereat.

Hæc censura Noribergensium præ-
antium nõ modo à senatu eius rei-
blicæ approbata est, verum etiam vt
leri vehementer obsisteret, effecit,
onuentu enim Schmalcaldico au-
tes fuêre principibus Lutheranis,
ullo modo in societatem admitte-
t Caluinianos, etsi obnixe id effla-
ntes. Inspiciantur acta Schmalcal-
anni 1531. Noribergensibus con-
sit eodem tempore Lutherus. Nã
inglianos in fœdus recipere, iudi-
it impossibile.

Jam ad primam periculi mentio-
n defecturos. *Huius rei illustre exem-*

plum

. N. eiuſmodi periculo inuoluere
oſſit, ipſi DEO, ac Religioni
uerſabimur; ſi eiuſmodi periculo
s exponamus, ſicuti ſcriptum ex-
: Non tentabis Dominum DEVM
ım. Item: Qui amat periculum,
ribit in eo.

Tertio. Fœdus hoc plenum eſt ſu-
cionis & offendiculi. Quis enim
tanto hominum numero credat,
od hac in re non quærant bra-
ıum carnis, hoc eſt, plus ſolatij
præſidij in auxilio humano, quam
pſo DEO ponant. Pauci cer-
ea fidei puritate erunt, ſi tamen
futuri ſunt, qui non eiuſmodi
dus pro Idolo habituri ſint, quod
te horrendum foret. Et vt ma-
ne duo vel tres innoxij eſſent, ta-
n reliquis hoc modo cauſa data,
dolum ipſis quodammodo propo-
ım eſſet, vt à Gedeone Iud. 9.
à Micha. Iud. 20. factum legi-
ıs.

Quarto. Impium hoc fœdus eſt,
pro-

propter hæresin de Sacramento. Non enim possemus eodem fœdere cum aduersariis contineri, nisi simul errorem ipsorum confirmaremus, & defenderemus. Si autem defendantur, multo nocentiores, quam nunc sunt, efficientur. Quamdiu enim sese in hoc capite non emendabunt, nulla spes est, vt in reliquis sani & constantes permaneant. Et obseruetur exemplum, Iosuæ 7. cap. Vbi propter vnum Achanem totus populus Israeliticus punitur, donec peccatum illud expiatum esset.



CAPVT XIII.

A quo conuocanda Synodus?

NOuum hoc est impedimẽtum Synodi. Eam conuocandam dicit *à Magistratu*, seu *piorum Ma-stratuum auctoritate: subditos vero, in-r quos etiam pastores Ecclesiarum sunt c posse, nec debere, præter, aut contra Magistratuum voluntatem, ex aliis in as regiones euocare, quos volunt ad cõ-ntus publicos, neque concordiæ Eccle-rum sanciendæ seruire posse Synodum, nagistratuum consensus, atque volun-s tuendi decreta Synodica non acce-t.*

Nemo non videt quanti momenti impediendam Synodum habeat, agistratuum, quam obtendit, aucto-as Dependet enim non à regum odo, & principum, sed consulum et-n, prætorum & tribunorum plebis, dicam scribarum variantibus arbi-is. Deinde Lutherani magistratus Impedimentum Synodi ex magistratu.

 non

non minor erat hoc in negocio, quam Caluiniani poteſtas, non tamen Synodum ille permittet, vt vel ſubditi euocentur, vel Caluiniani aduocentur.

Tertio Pij Magiſtratus auctoritatem requirit, eâ particulâ videtur principes Lutheranos excludere, quos ſuæ religionis æſtimat perſecutores, phalariſmos exercere quæruntur Lutheranos, miror ſi pios hic vocet, niſi ea notione, & ſenſu, quo præſidem Syriæ improbiſſimum Paulus optimi nomine decorabat, non adulator potentiæ, ſed diuinæ inſtitutiotionis, & maieſtatis, quæ in homine flagitioſo reſidebat, laudator. Si hoc modo pios vocat Magiſtratus Lutheranos, cauſam non dicet, quo minus Catholicos, & Turcas, quos ipſe alio modo pios non exiſtimat, poſſit admittere. Si proprie pios iudicat, quid moleſtus eſt piis, etſi in re obſcurâ errantibus, cur ſuis magiſtratibus auctor eſt, vt exilio multet miniſtros, quos tuendo Lutherani non deſinunt eſſe pij? Vereor tamen, vt hoc

lo-

loco aduletur, nam cum Magiſtratus Lutherani, vel principes ſint imperij, vel Imperio confœderati, Graſerus autem Imperium Romanum plenitudinem diaboliſmi, (in plagâ regiâ) iudicet, neſcio quos pios illos Pareus exiſtimare poſſit, niſi Graſerum condemnet.

Qui pii ſint magiſtratus.

Scio Lutheranorum liberam in hac periculoſa diſputatione exceptionem, neque enim Zvvinglianorum Magiſtratus pios eſſe concedent, qui Zvvinglianos ſubditos extremæ impietatis arguunt, quamuis enim mitius de principum perſonis loquũtur, quid tamen ſentiant clarum eſt, vt cum Leonardus Hutterus Principem Holſteinianum inſigniter politicis, & Machiauellicis practicis irritetum ſcribit in *aula politico Caluiniſtâ, ideoque mandata pro Caluiniſmo dare*. Iacobus Reneccius pingui mineruâ Lutheranus lib. *de ortu, curſu, exitu, Caluiniſtarũ c. 4. de curſu Caluini* Caluinianos principes cum Dario, de quo Dan. 6. v. 6. comparat. *Supereſt*, inquit, *Curſus Politicus. Namqueadmodũ apud Dariũ regẽ*

principes sæculares, & prouinciarum, suis consiliis gubernare, & formare religionẽ volebant; quod tamen infeliciter cessit; Dan 6.v.6. *Sic hodieque inueniuntur Caluinianæ, versipelles mundi-uulpes, qui carnalibus suis, & errantibus cogitationibus doctrinam Christi & honorem ordinare præsumunt, verum raro bonum exitum sortiuntur. Postquam enim Ozias thuribulum contra vocationem suam in manus sumpsit; mox in fronte coram sacerdotib. in domo domini lepra percussus est.* 2.Par.26.v.29. Pergit eosdem comparare Valentis cubiculario, & Valenti; quorum hic accenso tugurio concrematus, ille feruenti aqua suffocatus est. Illis respondendum putat. *Ne sutor vltra crepidam: Quid asinus ad lyram?* Nec hic sistit, confert *eosdem Caiphæ, Achabo; imo Caluini filios instare fugientibus Lutheranis, calumniis palpabilibus eos impetere, quas tamen Caluiniani politici domini, quasi fide dignas experiẽtias promulgare solere constanter asserit; monetque eos vt memores prouerbij sint; quo dicitur, Ex relatu referre, fere mentiri est.* Multo plura adiungit, quæ omit-

to ne mihi aliena verba referenti fraudi ſit veritatis ſtudium, cum de Reneccio nemo queratur. Ego neminem iudico, hoc ſolum quæro, qui Lutherani, quos Caluinianos Magiſtratus iudicent pios? Si vero licet, & hoc ſcire ſane peruelim. Anne qui Caluiniſtæ, & Lutherani in territoriis Catholicorum principum degunt poſſint inuitis illis, vel alio ad Synodum proficiſci, vel alios in ſua regna aduocare? Neque enim ſuis minus obligati ſunt magiſtratibus, quam ſubditi Lutherani, vel Caluiniani ſuis.

Quod magiſtratus conſenſum requirat, id quorſum faciat, celare non poteſt, quia *pax ſine magiſtratu decreta ſynodica tuente ſanciri non poteſt.*

Quid audio? Non igitur Synodus pacem conficit, ſed brachium militis, aut diploma prætoris? Quorſum igitur Synodus? An vt Lutherani ſuos prædicantes cogant eſſe Caluinianos? Hoc certe agitur à Caluiniſtâ Pareo, & hoc olim à Toſſano, Vrſino, Grynæo actum eſt Haidelbergæ. Primo priuatum de pace inſtitutum eſt Collo-

quium. Secundo Templum S. Spiritus traditum Caluinistis. Tertio, vetiti vtrinque Lutherani, & Caluiniani cõuitia in sese dicere. Quarto Permissi Lutherani Thesin, & antithesin, docere. Quinto coguntur ad disputationẽ. denique cum Thesi, & antithesi, πανοικίᾳ τὸ exulare iubentur. Hæc omnia *in actis mutatæ religionis in Palatinatu*, sub Illustrissimo Ioanne Casimiro.

* omnibus sedibus.

CAPVT XIV.

Quis Synodi Scopus?

Scopus Synodi.

CApite 7. noxios fines à Synodo remouet, salutares præscribit. *Scopum concilii esse non debere, ait, vt hæreses damnatæ reuocentur, præconceptæ opiniones defendantur, de gloria doctorum certetur, Episcopis opes quærantur, leges de politicis rebus ferantur. Sed hunc vnicum, vt serio quæratur veritas de quæstionibus ad fidei fundamenta pertinentibus, quo publice*

in

ı Ecclesiâ à multis agitantur , & priua-
m componi non possunt, paratis ani-
iis ad subiiciendum se verbo Dei,
'dendum de illis quæ scripturis con-
rmari non possunt, constanter tuen-
um , quæ illis consentanea fuerint
prehensa , vtque ad gloriam Dei, ac
lutem Ecclesiæ omnia agantur, ac re-
rantur.

Ne apud improbos quidem dubium
Ie potest,in Synodo Christianâ à præ
libus exigi , vt salutem omnium in
ente,ac conspectu habeant, vt quē-
lmodum regib. in administratione
olitica , Salus Reipublicæ suprema
x est : ita quoque qui Ecclesiastica
egocia tractant, hoc dictum sibi no-
nt : Gloria numinis, Salus Eccle-
e suprema lex esto. Cœtera, quæ
disceptationem venire possunt,
hanc cynosuram dirigenda sunt.
erito itaque tres primos fines
iicit Pareus , ex diametro enim
uinæ gloriæ, hoc est, æternæ ve-
ati repugnant : Lutheranos ta-
en in his accusare Caluinistæ solent,
ıtychianos, Nestorianos, peruicaces

Quid de se mutuo sectarii.

ambitiosos appellitant. Illi vicissim Arianismum, Plotinianismum, Nestorianismum, Caluinistis impingunt, itaque alium neutri scopum propositum habent, quam illum, in quem hactenus eorundem scripta, conciones, colloquia collimarunt, vnde bella, & seditiones exspectandæ sunt.

De Episcoporum opibus quid agendum.

De opibus Episcoporum, & Ecclesiarum cur agi non possit, ratio nulla est. Possunt Episcopi, & Ecclesiæ habere opes, & potentiam; vtriusque bonus esse potest vsus, sunt illa instrumẽta virtutum, si velis. Adrianus Sarauia non improbabat opes Episcoporũ, ne iurisdictionem quidem ciuilem, vt constat ex eius cum Beza disputatione *de diuersis ministrorum gradibus*. Quid ni igitur hæc in Synodo tractari poterunt? Deinde Pareo licuit queri de paupertate ministrorum Caluinanorũ quorum stipendia ab Harpyis sæcularib. dolet accidi, nonne digna res, quæ Synodo proponatur?

An de bellis agere in Synodo liceat.

De bellis etiam, & gubernatione principum nonnulla disputare vtile est, & sæpe necessarium. Regum enim

est, iusta, & subditis, iustitiæque tuendæ, bella suscipere, inique si arma sumpta fuerint, ea ponere, consilia iusta, sancta dare, hortari ad pacem, & cum necessitas postulat, in prælia acuere, etiam ad Episcoporum munus pertinet, bella sæpe prophetæ suaserunt, & sanctissimi præsules, sed bella sancta, quibus Christiani barbarorum seruitute pressi in libertatem vindicantur, non quibus Germani contra Reges Galliæ concitentur, vt alienam humum mordeant, & Franci seditionibus agitentur, quod proprium fuit Caluinianorũ machinamentum. Quid illi de bellis, & opibus Episcoporum consultent, ex amicis suis audiant. Philippus, & Brentius anno 1530. Augustæ in Comitiis ita scribunt Lantgrauio Hassiæ. *Manifestum est autẽ horribiliter eos* (Zvvinglianos) *peccare, qui incertam doctrinam pro certâ tueri volunt, eaque ratione tætris distractionibus, & bellis causam præbent. Nolumus enim celsitudinem vestram celare, Zvvinglianos qui hic sunt, magnifice se iactare, quod pecuniâ, & viris instructi sint, & quæ peregrinarum gentium au-*

Caluinistę Episcopatus diuidere conati.

xilia habeant, itē quâ ratione Episcopatus distribuere, & se in libertatem vindicare velint. Valde autem miramur eos, qui tantopere, alioquin de Christianâ caritate gloriantur, talibus practicis sese dedere, in quibus parum Christianæ caritatis, obedientiæ, & patientiæ animaduertitur: Ac si etiam veram doctrinam tuerentur, talia tamen consilia de quibus ipsi sese iactitant, nequaquam Christiana sunt, ex quibus horribilis, Ecclesiarum, & Politiarum confusio secutura esset. Nunc vide concilia tua, ô Paree, de opibus Episcoporum disputantia, & hæc vetera; nam facta, & recentiora taceo. Tu lector considera, quid in cunis fuerit meditatus Caluinismus.

Alii fines sectariorũ, vt cædes Catholicorum.

In verâ itaque Synodo alios pariter fines abesse oportet, quos inter vel primas tenet, non modo in Synodis Pseudoeuangelicorum, sed in hoc ipso Irenico, pacificorum desideriis dicato, Interitus, laniena, visceratio, exustio omnium Catholicorum, eo enim tendit Synodus, & vicem Syno-

nodi veniens Syncretiſmus; hunc finem in Synodis Apoſtolorum nullis vnquam ſpectare licuit. Secundus finis eſt Caluiniſtarum, vt Lutheranos vel eiiciant, vel trucident; hinc poſt colloquia, contentioneſque Haidelbergæ vltro citroque iactatas, de Lutheranis pronunciarunt conſiliarij nonnulli: Man ſol ihnen nach den Köpffen greiffen: Capite puniendos eſſe. ita *Hiſtoria mutatæ religionis*. Finem illum indicatum verſiculo, quem conclaui Caſimiriano affixum referunt in eadem narratione Lutherani, arbitror. Et Lutheranorum.

O Caſimire potens ſeruos expelle Lutheri,
Enſe, rotâ, ponto, funibus, igne neca.

Neque tamen ita querelas Lutheranorum audio, vt inauditos dimittam eos qui ex alterâ ſunt parte. Ipſe enim Illuſtriſſimus adminiſtrator, Ioannes Caſimirus, *Non ſcripſiſſe, quidem, ſed proſcripſiſſe, Lutheranis exprobat*. Alternâ igitur proſcriptione variabant, vt alij de aliis, vt de Sulla Marius, & de Mario Sulla vindicaretur. Tertius ſco-

Inductio Flaccianismi.

scopus ipsorum quibusdam in conuẽtibus est propositus, vt Flaccianismũ inducant, quod facere Iacobum Andreæ, *in Epistolâ consolatoriâ* referunt Caluinistæ Palatiniani.

Promotio indignorũ ad prædicantis officia.

Quartus scopus, Caluinistarum quidem, vt *Mangones, sutores, sartores, milites, aromatarios, asellorum arefactorum venditores ad ministeria Ecclesiastica admittantur*, vt factũ sub Frederico principe testantur Lutherani, & vicissim, vt adulteri, & Ganeones Ecclesiis præponantur, quod factitatum sub Ludouico à Lutheranis, referunt *in consolatione* Caluinistæ, quos aiunt paulo post pœnam capitis luisse.

Calumniæ.

Gryn. contra Iacobũ Andreæ.

Quintus finis, vt post colloquia pasquillos affigãt, & famosos libellos spargant, non minus est improbus? Hoc Lutheranos scelere contaminatos, eosdemque *vini* simul, & *sanguinis Caluinistici*, inexplebili siti ardentes multis modis demonstrant Caluinistę. ideo & ministros eorum in Palatinatu sub patibulo exauctorarunt, vt scribit Osiander, quamuis negent Haidelbergenses. Probabile tamen videtur.

Auli-

Aulicus enim minister in Gynecœo, crudelem de Lutheranis sententiam pronunciauit, vt referunt iidem Lutherani: in historia mutatæ in Palatinatu religionis. *Se*, *si Cæsar esset*, *omnibus ministris Lutheranis caput amputaturum esse.* Si minister, & minister aulicus in cœtu tenero matronarum, & puellarum tam Martium spirabat, quale putemus eius consiliū inter tribunos, & centuriones, imo quale inter sanguinarios Theologos, militaribus viris sæuiores, fuisse futurum? Deinde quid mirum hoc eum dixisse? Caluinistæ occidendum Pontificem Romanum arbitrantur, Lutheranos duplices papistas esse asserūt Osiādrum multa signa, & vestigia antichristiani Spiritus habere; cur meliore ergo sint cōditione Lutherani, quā Catholicis? Bis Papistæ quam semel Papistæ? neque hanc rem quicquam moratur, nisi quod non sit prædicantium aliquis Cæsar. Certe, qui Romanum Papam tam serio cupit occisum, quomodo non minore conscientiæ re-

remorsu Papam stipulaceum exureret, vel Cereuisialem effunderet? Lutherum autem Papam stipulaceum, & Cereuisialem dixisse eos supra ostendi ex Carolstadio, & Erasmo Albero.

In principes contumeliæ.

Sextus finis est Synodorum Euangelicarum, vt principes suos iudicent: & scriptis libris in vulgus traducant, fecit hoc Synodus Islebiensis, cuius præfatio ita habet. *Secundo, necesse est crescere sectas, quia omnes fere principes, & Magistratus officium in hac re negligunt, sed petulantiam ingeniorum confirmant, quod cuilibet pro suo arbitratu quālibet falsam opinionem fingendi, licentiā permittunt.* Eccum vnius comitatus Mansfeldici prædicantes numero, nisi fallor, quinquaginta vnus, omnes prīcipes, & Magistratus neglecti officij condemnant, & quod mirum, ne Dominos quidem excipiunt suos. Quid faciet Synodus vniuersalis? omnium Prædicantium systema?

Syncretismus.

Septimus finis est, quem vel vnice propositum habet Pareus, & deamat, vt falsi doctores sese mutuo coniungant,

gant, & faciant Syncretiſmum. *Pingues illi & potentes doctores, (vt in præfatione aiunt Mansfeldici) ſectarum auctores, ſummâ ſe operâ coniungunt, eaſdem ſententias, & eosdem animos mutuo tuẽtur. Pacifice inter ſe vniunt, alter alterum defendit, & excuſat, ac ſi quis maxime alterius ſectam non approbat, tamen amat eum: vt ita fiat, quemadmodum vulgo dici ſolet. Parce mihi, vt parcam tibi: conniue ſaltem, ſi non vis probare, idem faciam & ego.* ita *ſæpe accidit, vt hæreſiarcha quiſpiam, alterius ſectam quam non probat, non tamen oppugnet, ac ſi aliquando aliquid agat, non tamen perſeuerat. Et de hac cauſa ſucceſſus hæreticorum cum dolore queritur Dauid Propheta Pſal. 17. cum inquit: Pingues eorum ſunt coniuncti.* Hoc ſemper quæſierunt Caluiniſtæ; hoc Marpurgi, hoc Wittembergæ, vt ſe mutuo ne oppugnarent, egerunt. Quid vero nunc aliud agit Pareus, quã vt bellum cauponetur, atque hoc efficiat, ne ab inimiciſſimis oppugnetur neque ipſe, quos perditos eſſe cupit, quos ſæuos veritatis hoſtes dicit, ipſe oppugnet.

Ne-

Neque deniq; finis ille constituendus est, vt libros sacræ scripturę, ipsum Dei verbum sacrilego stylo è medio tollant, atque expressa Theomachiâ contra Spiritum sanctum insurgant, quod nimium olim illis frequens fuit neque nunc factitare desierunt. Atque hæc de scopo, & instituto actionum Synodicarum.

CAPVT XV.

De loco Synodi.

Locus requiritur ad conueniendum accommodatus, ne longinquitas, vel difficultas prætextum emanendi aliquibus præbeat. Deinde ne sit in hostium potestate, immunis sit à periculo insidiarum, & molestiæ, metus omnis absit: talis videtur esse libera aliqua imperij ciuitas. Hæc recte, & vere: Vtinam vero hæc maiores eorum quondam considerassent, cum æquum censerent totum orbem in extimam eius partem, hoc est Germaniam, Synodi causa cõuenire, & Gallis, Italis, Siculis, Afris, Hispa-

Olim iniquum locum Synodo præscripserunt.

Hiſpanis, Indis laborioſa itinera, & periculoſum in male pacata regna aduentum indicerent, vt nationes meridionales, vel aſperitate Germanici cęli occiderent, vel mutatione cibi, potuſque afflictarent. Quis enim ex Hiſpania, Italiaue per latrocinantes in Franciâ Hugonotos, vel ſæuitiem Heluetiorum Germaniam attingeret?

Tutum eſſe locum eligendum, & merito cenſet Pareus. At non credebant aliæ nationes tuto ſe in Germaniâ poſſe conſiſtere, terrebant exempla Gallicana, Heluetica, Germanica. Si enim in populares Sacerdotes, Epiſcopos, doctores tam immanem ſæuitiem ex hæreſis ſuæ præſcripto exercuerant, peregrini, & linguæ ignari, quid humanitatis exſpectarent? rogo ſe & lanienę velut Antichriſtianos ſciebant adiudicatos, ſtragem monaſteriorum, & arcium cadauera, minaſque recentes iacere totâ Germaniâ nouerant, nec quæ Zwingliani de bello, & Epiſcopatibus diuidendis Auguſtæ iactabant, ignota erant, domi itaque reſide-

ſidere, oues doctrinâ ſuâ paſcere conſultius ducebant, quam hæreticis ſe abſque emolumenti ſpe lacerandos obiicere, atque externæ ſæuitiæ occaſionem dare. Mihi tamen non modo illi recte ſapienterque egiſſe, verum etiam Angli legitime excuſati videntur, neque enim Epiſcopis illis facile erit accedere, & merito ſtentorum, Lutheranorum timebunt hyperbolas, populique commotionem, memores mitiſſimum Alberum dixiſſe: Man ſol Carolſtadium ein ſpän kurtzer machen. Carolſtadium ſpitamâ breuiorem faciendum eſſe. Neque admodum ſe Caluiniſtis credent Lutherani, quos querũtur eſſe *ἀνόμους, ἀσπόνδους, datos in reprobum ſenſum.

Iniquos, fœdifragos

CAPVT XVI.

Qui vocandi & admittendi ad Synodum?

FAcilitatẽ ſuam, comitatemq; prędicat nobis pacificator, ad Synodum namque non vnius, aut alterius,

rius, ſed omnium pene religionum homines admittit, etſi neque ſecundi, neque tertij, neque duodecimi ſint, imo vix homines ſint. Rationes vero audiamus. *Communis eſt Synodus: non igitur ex vnâ diſſidentium parte conſtare debet.*

Deinde *vnius partis in alteram condemnationes plus momenti non habent, quam damnatorum in condemnantes.*

Tertio, *omnium cauſa igitur, audiendi ſunt igitur omnes.*

Quarto, *Synodus libera non eſſet, ſi quiſpiam excluderetur, etiam Svvenckfeldianus, & Papiſta, omnes imprimis Caluiniſtæ admittendi, quia non poſſunt à iure confeſſionis auguſtanæ excludi.*

Quinto, *Excludere inauditum, eſt contra fraternam dilectionem.*

Sexto, *Impia eſt Iacobi Andreæ, & ad omnem poſteritatem probroſa vox: Non eſſe conuentum cum iis agendum, quos vocant Sacramentarios.*

Denique non fuit hæreſis tam blaſphema, quam non admiſerit ad diſputationem vetus Eccleſia, nec Lu-

therani excludere debent Caluiniſtas, cum admittant Papiſtas.

Quale hoc concilium.

Nimium rationes illæ, ſi audiantur, efficient, Synodumque plane infamē ex omnium hæreſeon impuritatibus conflabunt, plane Æginetarum cum Cretenſibus conciliabulum; & * τῶν κερκώπων ἀγοράν.

* comitia cercopum.

Omnibus enim ab antiquo damnatiſſimis ſectis, in conuentu garriendi, turpiſſimoſque errores defendendi, veritatem oppugnandi facultas concedetur, pluſque ille valebit, qui impudentior erit, & præfractior. Aderunt enim, Flacciani, Sociniani, Photiniani, Ariani, Neſtoriani, Turcæ, Iudæi, audientur omnes; ne non ſit libera Synodus, omnium errorum licentia graſſabitur, omnia mundi veteris; & noſtri ſæcula carcinomata, ſaniem ſuā in Synodum influent, peſtemque inhalabunt: non menſes, non anni tabulis illis audiendis, & refutandis ſufficient. Neque ſic tamen licentioſiſſima Synodus libertatem, quam Pareanæ rationes prætexunt, vllo modo tenebit. Communem enim, & liberam

Qua libe-

Sy-

Synodum esse negat Pareus, in quâ nõ pari iure audiantur proponentes, replicantes, oppugnantes Caluiniani, & quod caput est, in quâ non pari auctoritate, ac numero, ius suffragij in definiendo, probando, damnando obtineant. Eadem vero erit omnium querela. Auditos se Vorstiniani dicent, sed iniquâ sententiâ damnatos, velle se quoque in aduersarios iure reciproco vti, generalitatem Synodi, & libertatem solâ audientiâ maligne definiri, postulare locum se, & iudicandi potestatem, cur enim Pareus iudicet de Vorstio, non Vorstius de Pareo? Si respondeant: *iam olim damnatos esse*; non tamen peruicaces reprimenr, Si enim veteri præiudicio subiecti manent, cur noua actio instituitur, & de integro audiuntur? Deinde cur Caluiniani Lutheranos iure suffragij non priuatis, quos libris, concionibus, iuramentis afferitis absurdissimas, damnatissimasque hæreses ab Orco reuocare, tales nobis in Synodo iudices datis, & nos iudicandi potestate destituitis? Si nos olim damnatos arbitramini, scitote in

ra Synodus secundum Pareum.

vos idem conuitium recidere, quos in Berengario, Florianis, aliisque vetustas prædamnauit, & indies eadem opprobria à Catholicis auditis.

Tuque adeo Paree, *Vbiquitarios, & Lutheranos, Eutychianos asseris, & Capernaitas, rigidos, sæuos, turbulentos veritatis hostes,* in præf. lib. de cœnâ, & in 1. Cor. *Omnes articulos fidei exceptis duobus vltimis, Credo remissionem peccatorum, & vitam æternam, conuellere*, tales nihilominus iudicare permittis, nos illos albo iudicum merito expungimus, Apostolos petimus, vt iudicio Apostolico experiri liceat, tu si nō dederis, ratio dabit, & Deus. His quid Pareus responsurus sit exspecto, hoc modo illos agere palam est, ex nouis Belgarum eristicis scriptis: Synodum enim Socinani petunt, non in quâ stent rei, sententiam excepturi, sed in quâ æquo cum rigidis Caluinistis iure considեant disceptatores, cognitores, & iudices. Si enim libertas Synodi, caritasque fraterna hoc exigit, vt notorie damnati hæretici audiantur, eadē etiam exiget, vt sufficienter audiantur,

tur, tam enim queri possunt, illi qui se putant non satis auditos, quam illi qui omnino non sunt auditi. Et merito se dolebunt à iudicando repelli, cum deteriores intelligent adlectos.

CAPVT XVII.

Quæ Synodi conditiones?

EAs cap. 8. proponit decem, quas totidem impedimenta, si rem, consideremus, esse inueniemus, nam quædam, ex illis seruari non poterunt, aliæ quidem obseruari, non seruabuntur tamen, & si quædam obseruentur, non tamen esse mutua poterit de seruandis confidentia.

Conditio prima. *Seruanda fides publica.* Violatam eam exerte, palamque protestantur Lutherani *in narratione de mutatâ religione in Palatinatu.* Certe Pfortzheimenses sibi ne- Non seruant Caluinistæ fidem publicam.

negant seruatam ante paucos annos. & tamen vt aiunt, haben die abgesandte Caluinisten hoch / vnd schröcklich gegen der Bürgerschafft betheurt / das ihnen anhergebrachter Religion, durchauß kein eintrag beschehen soll/oder der Teufel sol sie mitt Leib vnd Seelen holen. Legati grauiter, horribiliterque ciuibus iurarunt, fore, vt pristinæ religionis causa nihil paterentur in posterum. Sin autem, Vouere se, vt cum anima, & corpore ipsos malus dœmon auferat Ita in defensione sua illi Et p.177. Der Teufel (scilicet per Caluinistas) habe sich an D. Evertz so zerlogē/das im das maul geschwollē Dœmonem contra D. Ebertzen ita * ἐψευσμένον esse, vt rostrum misero intumuerit. Et pag.189. Es sindt der Staffortischen libertiner Proceß also beschaffen / das ihnen mitt ihren gleidt nicht zu trawen. Man hatt dem D. Ebertzen vor diesem albereidt friedt/ vnd Gleidt zugesagt/wie mans aber gehalten/ist albereidt oben narriert wordē. Dan es heist bey ihnē. Hæretico Lutherano non est seruanda fides. Man dörff keinen Lutherischen ketzer glauben halten / vnd wan gleichwol die Staffortische Caluinisten fünff gantze Kühhäut zusammē flickten / vnd alle ihr Insigel darā henckte/vnd fur ein gleidt außschickten/wil vnd kan doch D. Ebertz ihnen nicht trauwen. Staffortianorum Libertinorum processum ita constitutum, vt fidei ipsorum publicæ credi nihil

Pag.162.

* tot mendacia spuisse

.un.

nihil poſſit. Iam dudũ doctori D. Ebertz pax, & ſecuritas promiſſa fuit, quemadmodum vero illa ſeruata ſit, iam ante narratum fuit. Hoc enim ipſorum eſt axioma: Hæretico Lutherano non eſt ſeruanda fides. Man dörff keinem Lutherischen Ketzer glauben halten. Imo vero ſi Staffortiani Caluiniſtæ quina boum terga integra conſuerent, quibus omnium ipſorum ſigilla appenderentur, & pro publicâ fide mitterent, non tamen vult, nec poteſt illis D. Ebertz fidẽ habere.

Conditio ſecunda: *Vt certi ſint nec apud ſuos, nec apud alios obfore ſibi ſententiarum libertatem.*

Certi eſſe non poſſunt, imo certiſſimi eſſe debent, ſi quid contra Magiſtratuum, & Eccleſiarum ſuarum opiniones dixerint, id ſummo fore detrimento. Inprimis ſi Epiſcopi Anglicani conſentiant Gebennenſibus, nonne ipſa ſententiâ non dico Epiſcopatu ſe priuant, ſed nunquam ſe Epiſcopos fuiſſe demonſtrant? Sic ſuperattendẽtes Lutherani Papatib. ſuis ſeſe exuẽt, in ordinem ſimplicium prędicantium

redacti. Exempla non desunt: Bucerus post Wittenbergensem concordiam, quâ Lutheranis visus est in eorum sententiam iuisse, apud Heluetios tamen quamuis mentiendo nihil effecit, quibus persuadere conatus est, non se, verum Lutherum opinionem mutasse. Constat ex Epistolâ Pellicani Sacramentarij ad familiarem Wittẽbergæ habitantem. Habuit vero eundem Pellicanum, & Leonem Iudæ aduersarios Bucerus: vehemens fuisse certamen docemur ex Epistolâ Petri ministri Bernẽsis. *Transigimus*, inquit, *annum fere mucronib. satis triste vtrinque coruscantibus.* Eoque deducta est Heluetia contentionis impetu, vt Tigurini concordiam, atque ipsum Bucerum reiecerint, nec longe abfuerit à nouo Schismate Heluetia, vt narrat Bucerus Epistolâ ad Frechtum, tandẽ contemptus, desertus, amicitiamque Heluetiorum deserens, alio commigrarit, videatur eius *ad Comandrum Epistola.* De Peucero, Crucigero, aliisq; ad partes Zvvinglianorum accedentibus, quid passi sint, historiæ prosequũtur.

Pax. Caluinianorũ.

tur. Hæc igitur conditio ſeruari non poteſt, quibus enim oculis Saxonia reſpiceret ſuos prædicantes è Synodo reduces, ſi Lutherũ abiuraſſe cognoſceret? Quomodo ferrent Galli Vbiquitarios in concilio factos?

Conditio tertia. *Ne ſint in vllam confeſſionis formulam iurati, nulli principum, vel Magiſtrorum auctoritati addicti, aut liberentur obligatione iuramenti.* Iureiurando ſunt aſtricti.

Poteſt quidem conditio ſeruari, non ſeruabitur tamen illa vnquam vſque in æternum. Omnes enim iurati ſunt in confeſſiones ſuorum principũ, & Catechiſmos, addicti ſunt ſuis principibus, à quorum vocatione dependẽt, auctorati ſunt Magiſtris, quos pro ſanctis prædicant. Si formulas iuriſiurandi videre iuuat, vide lector ſtatuta academiarum. In academia quæ eſt Monte-Regio in Pruſſia inter cætera hæc iurant Lutherani. *Neque vllas Schvvermericas (ſiue fanaticas) opiniones, aut ſectas, ſiue ſint Anabaptiſtarum, ſiue Sacramento-Schvvermerorum approbabo, vel defendam, ſed è contrario* Iuramentum academicum.

po-

potius puræ doctrinæ adhærebo, quemadmodum eam hæc nostra Ecclesia, in vnanimi Spiritu, & consonâ voce, cum totâ Christianitate confitetur. Hoc iuramentum si legitimum est, & sanctum, eius obligatione cur liberari velint nulla causa est. Non iam disputo an absolui possint, constat enim opinione Caluinistarum non posse, qui hoc solius Dei esse arbitrantur.

Secundo si iurisiurandi religione exsoluendi sunt, qui ad Synodum mittuntur, æquum non videtur eos, qui domi resident, eâdem cōstringi. Causa vtrinque eadem, ne quicquam obstet, quo minus serio sola quæratur veritas, de eâdem inuentâ ex animi sententiâ iudicetur, non minus priuatis obiici illa possunt, quam Synodo, omnes igitur eâdem sint libertate, quæ enim vtilitas esse potest, si Synodus quidem sit liberrima, sed obnoxiis, & seruis decreta offerantur? Cum illis qui in verba Lutheri, vel Caluini iurarunt, non quod Concilium sanxit, sed quod iuramento suo consentaneū est, amplecti, quod aduersum, repudiare necesse

ſit. Omnia igitur iuramenta, obligationes, ſtipulationes, omnia, inquã, & omniũ, atq; adeo fides ipſa tollatur, modo Synodus Pareana orbem terrarum inceſtet. Difficiles tamen in illâ diſpẽſatione Lutheranos fore video, memini enim legere me, periurium ab illis, Iacobo Grynęo, qui doctoratum à Lutheranis acceptum Caluiniſmo proſtituerat, exprobrari; quibus ille viciſſim reſpondit: *Iuramentum illud idcirco irritum fuiſſe, quia fuerit obligatio iniquitatis.* in Apol. Neque adducor, vt credam Sereniſſimum Regem Iacobum iuramentum fidelitatis, & quo Caput Eccleſiæ Britannicæ ſtatuitur, remiſſurum. Ad me quod attinet, omnino conditionem hanc omitti poſſe iudico. Lutherani enim Zvvinglianos pro libidine ſuâ iuramenta violare cẽſent, vt ſupra in actis Pfortzheimenſib. oſtenſum eſt, & eorum Patriarcha Carolſtadius, contra datam Electori Saxoniæ fidem, & iureiurando firmatam profugit in Heluetiam; originem igitur habent à periurio. Quid opus eſt abſolutione operoſa, ſi veniam faciũt ſibi

Grynæus periurus.

Viciſſim ſibi periuria obiiciunt.

ſibi ipſi, & inſtar ſtupæ iuratam fidem abrumpunt? Ne tamen Lutherani moleſtius Patriarchæ ſui periurium Zvvinglianis obiectent, habent illi in eodem genere, quod inuiti viciſſim audiant. Iacobum Andreæ Papam Lutheranorum Iacob. Grynæus ſcribit, in apolog. temere ſuper vino, per animæ ſalutem iurare ſolitum, eoque rem deduxiſſe, vt nemo iam amplius quicquam credat, etiam iurato. Quorſum igitur hic ſcrupuloſe obtēditur hypocriſis iuramenti, cum iam nulla ſit vtrinque religio peierandi, aut ſi eſt aliqua, eſſe tamē pars neutra credit. Conditio 4. *Iurent ſe nihil præter ſcripturas & Symbola Catholica habere loco fundamenti, publice, & priuatim dicturos ſententias, quas illi normæ conſentaneas eſſe iudicauerint.* Non iurabunt Dordracenſes, non alij Belgarum, qui Catechiſmum, & Confeſſionem ſuam ſcripturæ adiungent, aut ſane præponent, & ſine hiſce formulis negabunt hæreſes exſcindi poſſe, vt conſtat ex diſputatione Venatorianâ cōtra Dordracenſes. De ſcripturâ magnam partem

De norma iudicandi.

tem conuenire ſe iactabunt, niſi quod Caluinus, aliique nonnulla in illo libro Spiritus Sancti errata, & mendacia eſſe fingent. De ſenſu diſputationem inſtituent. Nouit hoc Pareus, ideo glaucoma effundit, atque aliâ conditione tentat ſuccurrere.

Conditio quinta: De ſenſu ſcripturæ iudicaturos ex analogiâ fidei, ex naturâ ſermonis Prophetici, & Apoſtolici, & collatione, & circumſtantiis.

Petita eſt illa conditio ex Colloquio Mompelgartenſi pag. 285. vbi ita ſcribitur.

Beza.

Agnoſcimus verba ex ſcripturâ allata, ſed de illorum verborum ſenſu, & interpretatione quæritur, omnis autem interpretatio teſtimoniorum ſacræ ſcripturæ ad analogiam fidei reducenda eſt.

De analogia fidei.

Iacobus.

Sed quod cum Analogiâ fidei pugnet, quod nos docemus, hoc nondum audiuimus, Et: Hæc non eſt fidei Analogia, ſed ratiocinatio ex Philoſophiâ humanâ contra

fidei

fidei analogiam petita. Et: *Pugnat igitur hæc Bezæ collectio, cum ipſa analogiâ fidei, quamuis ex ipſa analogia fidei, ſed per fallaciam diuiſionis facta eſt. Quis non videt analogiam fidei tam eſſe diuerſam, quam eſt ipſa fides?* in maximâ itaque varietate, contentioneque iactabitur, iam enim ſinguli ταῖς ἀντιλήψεσι ἰδίαις, præconceptis opinionibus fabricatam adferunt analogiam, ad quam verba Spiritus ſancti violenter detorqueant, quẽque ducem ſequi, cuique ſe captiuos ſiſtere oportebat, eum in ſua ſenſa trahunt, ſæpe dolentes, aliquando accuſantes, quod ſuis erroribus non patrocinetur. Exemplum eſt: Analogia Bezæ pro elemento aquæ ad baptiſmum quemlibet liquorem præbet, oleum, vinum, vappam, loram, cruorem, vrinam, dœmonem baptizatorem, omnes viros, fœminaſque, præter prædicantem excludit. Quæ ſi ab illo ſimpliciter dicerẽtur, iudicij imbecillitate forte commiſerationem ſapientib. moueret, nunc vero execranda eſt impietas aſſerentis, dictata illa eſſe cœleſtis Magiſterij, ipſumque Spiritum

San-

Sanctum, verbum Dei, improbæ Analogiæ aspergine contaminat; vt Deus verus dixisse videatur, quod ab orco Deus Caluinistarum eructauit. De collatione, & linguis dicam postea; nunc cœteras conditiones examinabo.

Conditio sexta. *Omnes se ex æquo obligatos fore scient, & ad reddendas actiones doctrinæ, & actionum suarum, quod ni faciant casuros causa.* Obligatio reddendæ rationis.

Rationes doctrinę suæ reddēdo reddent, rationes rationum, nugas nugarum, nugas archetypas, scripturas scripturis cumulabunt, & liquidissimos fontes Spiritus Sancti iactando iactabunt, donec cerebrum sibi, aliis stomachum euertant, addent verba pacifica, verba aurea, serica verba, mel in ore, verba lactis, fel in corde, fraus in pactis. Sed in rabiem omnia illa desinent, & cruenta certamina furentium sanguine scribentium.

Rationes reddent doctrinæ suæ? an & actionum suarum? Non facient? Legem illam antiquabit Beza, horrescit Danæus, cauterio aduret Caluinus,

gladio secabit Zwinglius, nec conditionem Lutherus accipiet, & Philippus * ἀμφίβιος stratagemate euadet, vt enim hostibus rationem reddant adduci non poterunt, stulti sint si nouercæ querantur; si suis reddent, facile cõstabit ratio, etsi probitas dilapidata sit. Quam facile ignoscet Bezæ Caluinus, quam amanter indulgebit Beza Danæo? hæc itaque conditio ex illis quæ non seruabuntur.

* lubricus, & anceps, amicus vtriusque

Conditio Septima. *Iurabunt acturos omnia, ordine, modeste, pacifice, sine affectibus, præiudiciis, factionibus, * προσωποληψίᾳ, acerbitate, rixis, conuitiis, scommatibus, contumeliis, ostentatione, immodica altercatione, & loquacitate, sophisticâ affectatâ, euagationibus extra propositum, non necessariâ temporis extractione.*

* personarum acceptione

Modestia in agendo.

Deus bone quam breuiter quam multa, quam multis quã stulta? Tũc ne ex omnium hæreseon fæcibus, veteribus, nouis, subito Rempublicam nobis Platonicam constitues?

Iungentur iam Gryphes equis, annoque sequenti

Cum

Cum canibus timidi venient ad pocula damæ.

Sæui, rigidi, turbulenti veritatis hoſtes, ſtentores, implacabili odio ardentes, quales tu dicis Lutheranos, modeſte, & ſine affectibus agent? Hic vehementer ambigo, quid voces agere ſine acerbitate, rixis, & cæteris quæ nominas. Nempe hoc volo. Cyclopem, & Sophiſtam ſcripſit Beza, quæro an hoc conuitium ſit in Lutheranos? An totum teſtamentum Vbiquitatis ſcomma ſit? an Epiſtola conſolatoria Haidelbergenſium ſit ſcomma? An in his verbis Grynæi, cum Apologiæ c. 25. Exclamat. *O profligatiſſimam mentiendi in Iacobo Andreæ audaciam, quâ facit, vt ſicut Araneus ex ſe fingit, ita ille mendacia ex ſeipſo proferat, Increpet autem te Deus Satan.* An hiſce in verbis ſit acerbitas? Si enim illa peſſimo more, & ore maledico dicta ſunt, omnes libros exurite, ſi illa probantur in libris, non decent Synodum, ideo enim ſcribuntur vt à quam plurimis legantur.

Conditio octaua. *Iurabunt parituros ſe Synodo, ſi ex verbo Dei conuicti fuerint.*

Victi non fatebuntur se succubuisse.

Quis autem fatebitur se victum, quis herbam porriget? Etiam qui victi fuerint, vicisse volent videri, nolent sine honore redire domum, officiis suis & ministeriis exui. Hactenus ab omnibus Colloquiis eâ contumaciæ paritate discessum est, vt vtraque pars victricem se iactaret, & nunc posteri vtrinque ad prisca colloquia, vt suæ victoriæ trophæa respiciunt; fieri enim videmus, vt quod vehementer optant homines, id factum iudicent, in adulationem sui ingeniosi, vt quos sæpe vitia ipsa delectent. Ego conditionem hanc inutilem puto, cur enim illi iurent, non etiam cæteri? Quam facile iuratos ex Synodo venientes reliqui iniurati contemnent? Quid si rediens Haidelbergam Pareus, iuretque se verbo Dei conuictum, agnoscere realem in Eucharistia Christi presentiam, non figuram duntaxat, an etiam Pareani Collegæ consentient? an potius Sophistica Lutheranorum illaqueatũ dicent? & vel ab opinione nouâ, vel ab vrbe depellent?

Conditio nona. *Liberentur omnibus iu-*

iuramentis. Vide quæ in tertiæ conditionis explicatione dicta sunt.

Conditio decima. *Obligetur vtraque pars ad acta post Synodi solutionem publicanda.*

Contraria fuit Synodi Mulbrunensis pactio, sed non seruata, vtriq; enim protocollum ediderunt, vtrique aliis crimen falsi imposuerunt. De protocollo Mompelgartensis Colloquij, nõ pauciores Bezæ fuere querimoniæ. Prudentissime omnium Haidelbergenses cum anno 1580 disputationem instituerent, Academiæ frustra deprecanti protocollum negarunt, deinde sibi ipsi pœana cecinerunt.

Fraus Haidelbergensium.

Facete etiam Bucerus anno 1537. cum Wittembergæ se Lutheranis adiunxisset, magnaque gratulatione receptus esset in communionem, mutatam deinde Confessionis formulam tradidit Heluetiis, & pene Bernatibus persuasit Lutherum factum esse Zwinglianum, sed omnia illa Syncretismi desiderio perpetrauit, cui Melanchthon operam non inutilem præstitit, cum narrauit, Lutherum cum Rhedâ

Philippi de Luthero testimonium.

veheretur, & esset hilarior, fassum suũ in re Sacramentariâ errorem, non tamen scripto aliquo Palinodiam cecinisse, ne omnia euerteret, vel suspectã redderet doctrinam, & vocationem suam vniuersam. Sapienter itaque de Protocollo vtrimq; edendo constitutum est, ne maiorum suorum fraudib. se irretiant posteri, & maius aliquod monstrum oriatur. Hæc de conditionibus Colloquij, nunc proprius Colloquium ipsum aggrediamur.

CAPVT XVII.

De forma & meta Colloquij.

DEscribuntur ista capite nono à Pareo, eum itaque audiemus, & quamuis iam ante ostendi Synodum huiuscemodi esse non posse, statuamus tamen esse, quod esse non potest, ex eâque hypothesi vti verâ omnia deducamus, ita tamen vt ad normam Pareanã omnia accurate, quoad fieri potest, dirigantur. Forma ergo Synodi hæc est.

Sexto

Sexto adhibenda etiam eſt diligens cura Principum, & Magiſtratuum, vt in conuentu non more Romanenſi, aut Bergenſi, ſed legitime procedant, & omnia iuſto fiant ordine in hunc ferme modum. Prudentes vero vbi ad rem ventum fuerit, inuenient meliora conſilia.

Poſtquam loco, & tempore conſtituto, legati conueniſſent: ſupplicationes ad Deum verbis cõceptis in principio, & fine ſingulorum congreſſuũ, & in ſingulis Eccleſiis, toto durantis Synodi tempore indictæ, habendæ eſſent.

Principum nomine denunciaretur: conuocationis cauſa, atque hortatio inſtitueretur conueniens.

Tum ſiue propoſitis confeſſionib. diſſidentium Auguſtana, & aliqua noſtrarum Eccleſiarum, quæ placeret, ſiue duntaxat præcipuarum controuerſiarum capitib. nominatis, iuberẽtur, dato cogitandi ſpatio, ſinguli dicere, quid in aliorum doctrina deſiderent.

Si plures cõtrouerſię mouerẽtr, habita deliberatione redigerẽtur in ordinẽ

quo alia post aliam tractanda esset, ita ne illarum fieret confusio, quæ maxime solet impedire iudicia.

Illæ prius tractarentur, quæ ad aliarum declarationem requiruntur, ac præsertim, de quibus plures dissentiunt.

Qui de iisdem capitibus dissentirẽt ab aliis, in singulis controuersiis tractandis iuberentur se coniungere, vt constaret, quid quisque tueri vellet, & totius Synodi in duas partes diuisio, quam contradictoriarum sententiarũ assertio necessario esset paritura, atq; ita ordo disputationis expeditus & perspicuus posset conseruari.

Facta hac secessione in duas classes in qualibet controuersia, vtrisque iniungeretur nomine principum, vt binos per suffragia eligerent præsides actionum (nisi forte principes ipsi hos dare mallent) & singulos Actores: præsides, non qui essent controuersiarum Iudices (hoc enim est officium totius Synodi) sed qui cœtum conuocarent, proponerent agenda, sententias interrogarent, & notariis adhibi-

tis

tis colligerent: dicerent ipsi quoque post alios sententiam eodem iure, quo cæteri, & gubernarent actionem tanquam * νομοφύλακες: vt omnia secundũ ordinem præscriptum agerentur: ad quam rem peculiariter obligandi essent. *legum custodes Actores autem, qui in publico consessu dicenda prius conciperent scriptis, parti suæ toti seorsum proponerent, ex illius suffragiis corrigerent, & ab omnibus * ὁμοψήφοις probata, in communi consessu demum nomine illorum recitarent, salua tamen libertate, si donorum diuersitas ita ferret, alij responsorum conscriptionem, alij recitationem demandandi. * vnanimi calculo.

Ante initium vero actionum leges agendi, & decidendi de communi cõsilio principum scriptæ, proponerentur Synodo: vt communibus suffragiis correctas, si opus sit, & approbatas nemo posset detractare, easq; principes, eorumque commissarij, & legati, & præsides Synodi tuerentur serio.

In actionum Principio Actores priuatim inter se conuenirent in vnaquaque controuersia de statu, seu questio-

ne vna certa, breui, accurata, propriis & perſpicuis verbis, non ambiguis, nõ captioſis concepta : vt ſcirent omnes acturi, & audituri qua de re proprie cõtenderetur : & vitarentur * λογομαχίαι, ac Sophiſmatum inuolucra, & effugia. Concepta hoc modo quæſtio toti ſynodo proponeretur, & poſtquam de ea conueniſſet, vna pars adfirmatiuam, altera negatiuam ſuſciperet defendendã. Vt ſi propoſitum eſſet, hoc inter nos queri: An Corpus Chriſti ſua ſubſtantia ſit vbiq; præſens : Aduerſarij ad adfirmatiuã, noſtri ad negatiuam partem omnia argumenta ſua dirigẽt. Multum enim intereſt ad ordinem, & perſpicuitatem diſputationis, quęſtionem recte conſtitui: eſſetque in qualibet cauſa ſumenda, & formanda quæſtio hæc ex mutuis confeſſionum, ſeu dogmatum reprehenſionibus, de quibus dictum eſt paulo ante, aſſumptis, ſi vellent actores, etiam aliquibus vtrinque ex ſua parte, aut ſi forte non poſſet inter eos conuenire, etiam præſidibus, vel tota Synodo.

* verborũ pugnæ

Conſtituta hoc modo quæſtione vtriuſ-

triusq; partis sententiæ, & rationes audirentur, diligenter cognoscerentur, examinarentur, conferrentur, cum scriptura, & antiquitate.

Hoc autē vt recte, & cōmode, ordine, ac placide posset fieri prīcipio pars vtraq; sua exponeret Argumēta, & testimonia scripturæ, & veterum quibus suā sententiā defendere cogitaret, eaque hoc ordine cōprehensa, & numero, qui deinceps in omnib. actionibus obseruaretur, vt semper, quid de vnoquoq; responderetur, esset conspicuū. Omnib. n. argumentis Conclusionū, præsertim oppositarū, simul, & distincte sub aspectū videntibus, omnia firmamenta, & momenta causæ multo melius perspiciuntur, quam si alia post alia proponātur, & hoc modo facilius confusio, & prolixitas, & otiosę repetitiones caueri possūt, ne eadē subinde Argumēta, ac ꝓinde eędē solutiones ī pgressu disputationis sępius occurrāt.

Actione proxima, responderet pars vtraque ad alterius Argumenta.

Tertio congressu defenderet vtraq; Argumenta sua, aduersus alterius partis solutiones.

Quarto. Reſponderet vtraque ad alterius primam defenſionem, ſeu primas inſtantias, datas in actione tertia.

Quinto. Vtrique defenderent ſua contra ſolutiones defenſionis primæ.

Sexto. Reſponderent ad defenſionem ſecundam.

Septimo. Si modo velit pars vtraq; huiuſque diſputando progredi, defenderent ſua Argumenta tertio, contra ſolutiones defenſionis ſecundæ.

Octauo. Rurſus ad defenſionem tertiam reſponderent. Sic enim neutra pars poſſet queri, ſe minus auditam eſſe, quam alteram: cum pari numero vtrique defendiſſent ſua Argumenta, & oppoſita ſoluiſſent, neque poſſet oriri contentio de poſtrema reſponſione, vtrique enim eam obtinerent. Argumenta autem, & ſolutiones, ac defenſiones iuberentur proponere, vt

* ſine præfatione, & affectu. iubebat lex Attica, * ἀνεὺ προοιμίου ϗ πάθους, breuiter & nude, non Rhetorum, ſed dialecticorum more: non niſi neceſſariis declarationibus adhibitis: vt

ſunt

ſunt terminorum explicationes, teſti-
moniorum applicationes,& monſtra-
tio, quod ea vel in illis contineantur,
vel ex illis ſequantur , ad quæ confir-
manda allegantur. Declamationes e-
nim tempus producunt fruſtra, & im-
pediunt Auditorum iudicia : Sic au-
tem multa Argumenta ſpatio vnius,
atque alterius horæ poſſunt expe-
diri.

Cæterum in hac Actionum ſerie
ſunt quædam conſideratu neceſſaria,
quibus neglectis vix poſſit actio vni-
uerſa non eſſe turbida,& perplexa.

In omnib. rebus ſeriis,difficilibus,&
ericuloſis cauenda eſt extẽporalitas,
& præcipitantia,maxime autem in cõ-
rouerſiis Eccleſiaſticis. Tempus er-
o interponendum foret actionibus
ngulis tridui,quatridui,vel quantum
tis eſſet vtrique parti ad reſponſa ſua
editanda,& paranda : neque Syno-
us rurſus conuocanda, donec vtriq;
gnificaſſent præſidibus,ſe ad reſpon-
endum eſſe paratos, nimis tamẽ tar-
à Præſidibus hortandi.

Intra hoc tempus actores, adhibitis
in

in consilium ex suis, quibus vellent, dicenda scripto conciperent.

In conuentibus priuatis, siue separatis vtriusque partis (qui conuentus, & ipsi à binis Præsidibus gubernarentur) scripta illa recitarentur sine festinatione, perlegenda etiam volentib. darentur: ordine de his interrogarentur singulorum sententiæ: & quod omnibus placeret, hoc descripto, diceretur omnium nomine in cõsessu publico, seu communi vtriusque partis recitatione diserta, clara, distincta: ita, vt nihil extemporale, nihil non meditatum, nihil non de omnium sociorũ sententia, nihil non scriptum, & accurate examinatum prius, quam dictum audiretur, ac probe intelligeretur in eo consessu.

Actione finita, vtraque pars, quod dixisset, scriptum traderet aduersariis: vt illud probe examinare, & ponderare priuatim, & similiter meditatam responsionẽ in publico proferre possent.

Si quid esset, de quo dubitarent in scripto, eius ab Authoribus declaratio peteretur.

Si

Si qua de Argumentis aut reſponſionibus diſſenſio eſſet inter ſocios eiuſdem partis, id in his collationibus priuatis prius componeretur, quam veniretur in publicum.

Extra vero ſcripta in illis conuentib. ſeparatis approbata, nihil dicere in publico actoribus liceret, niſi vellent partes eis permittere, vt addant, ſi quid in ipſa recitatione in mentem veniat, quod ad rem facturum exiſtimēt. Hoc autem ſi fieret, actione finita aſſcriberentur cæteris ad verbum, quæ actor de ſuo adieciſſet, vt nihil dictum eſſet, quod non deſcriptum daretur ad-uerſariis.

Multa in hoc ordine commoda in-eſſent, & incommoda vitarētur. Cum de rebus maximi momenti in theatro intelligentium ſociorum, & aduerſariorum ex tempore reſpondēdum eſt ad argute cogitata, ſpinoſe, aculeate, ſpecioſe dicta: vix vllus eſt tam prompto ingenio, & animo temperato, quin aliquando hæſitet iudicium in rebus, & verbis, vacillet memoriola,

non

non ea, quæ oportebat, dicantur, aut ſaltem non ea, quæ dicerentur à meditato, aut non ſicut oportebat: iam trepidatio, iam bilis, iam auditorij intuitus commoueat animũ: abſtrahat à propoſito calliditas aduerſarij, multa miſceantur confuſe, quæ prolixitatẽ, & obſcuritatem pariunt, & leges iuſtę diſputationis egrediuntur, multa elabãtur, quorum poſtea pœniteat: multa dicantur ab vno, quæ cęteri nollent, omittantur, quæ vellent dicta: neceſſe ſit dictare ad calamum, vt notarij aſſequi poſſint, vnde ſępe orationis nexus, emphaſis, & intelligentia perit. Sin autem ſingulorum extemporales ſententiæ audiendæ ſint: multo plura huius generis, maiorem confuſionem, acerbiores, & longiores conflictus accedere neceſſe eſt: & efferueſcente contentione ſæpe etiam moderatioribus accidit quod dicitur:

Fertur equis auriga: nec audit curſus habenas.

Atque ita res mutuis punctionibus, morſibus, & clamoribus intricantur magis, quam extricantur: vt tandem ne-

neque disputatores, neque auditores, quid agatur meminerint, aut intelligant, & multa male excepta per * ταχυγράφυς nouas obscuritates pariant. *celeres librarios

Si vero, quę exposita est, adhibeatur moderatio, tum quod cuique videtur, aut à Deo datum est, in commune cõfertur: vna mente, & vno ore per vnũ loquuntur omnes, dicuntur meditata, necessaria, propria, breuia, perspicua, ordinata, distincta, non affectibus mixta: excluduntur ambitiosorum declamationes, Sophistarum euagationes, scopticorum dicteria: iracundorũ conuitia, & clamores, contentiosorũ rixæ: exuitur armis suis garrulitas, nec in ea spes victoriæ ponitur: præciduntur indignationes, & querelæ ob iudicium cuiusquã neglectum: nihil prætéritur aut supprimitur ad rem pertinens: non dicuntur pugnantia, vel dissimilia de iisdem reb. ab eiusdem partis hominibus: omnes respondent, omnes sunt actores, omnes rei, omnes iudicant. Ibi possent actiones institui, quas videre, & audire prudentes, veritatis, & pacis amantes velint, & queãt

absque molestia, & quibus intra horas paucas plus expediatur, quam multorum dierum extemporaneis altercationibus.

Augeret hoc etiam circumspectionem in dicendo: si in congressibus audiendi causa liceret omnibus, qui vellent, interesse: in priuatis autem conuentibus tantum vocatis ad synodū, et si quos ipsi adesse vellent.

Hac via cum ad tertiam defensionē & responsionem esset peruentum (vltra quas disputatio recte ordinata raro extendi potest: quin altera pars redigatur in angustias h.e. in disputationis leges impingat) finita actione postrema, Præsides toti synodo indicerēt, vt vnusquisque consideret, satisne res disputata sit, & liqueat: an vero aliam defensionem partium audire præterea cupiant: & si vltrocitroque dicta iudicent sufficere, quisque de sententia decisiua dicere cogitet.

Interposito tempore conuocationi interrogarentur sententiæ primum de continuanda disputatione: si pergi vellent disputando, cæteris acquiescen-

ſcentibus iis, quæ iam diſputata eſſent, illi, ne de reſponſionibus ſuis non auditis poſſint conqueri, reſponderent ſane iterum ad poſtremo propoſita, ſi per eundem per quem prius, ſiue, ſi is recuſaret, per alium Actorem ex ſuo numero delectum: ſic tamen vt prius refutata non repeterent, niſi nouis inſtantiis vrgere vellent.

Quarta hac defenſione, & reſponſione audita, iterum iuberentur cogitare, velint ne vlterius pergere: aut, ſi nolint, cogitarent de deciſione: Si vero nondum quieſcerent: interrogaretur ſynodus an audiendos iterum iudicet. Hæc, vbi ſatis diſputatum exiſtimaret, dato rurſus deliberādi tempore, totius ſynodi ſententiæ deciſiuæ interrogarentur ordine, penes vtram partem veritatem eſſe iudicarent. In hac autem interrogatione ſententiarum iterum admonerentur omnes officij, conſcientiæ, & iuramenti ſui.

Sententiam vero dicendi deliberatiuam, & deciſiuam in priuatis, & publicis congreſſibus ius haberent æquale omnes legati, Eccleſiaſtici,

 ſcho-

* personarum acceptione.

ſcholaſtici, politici, ſine * προσωποληψία, non tantum Epiſcopi, & prælati: nulli plus deferretur, quam alteri, propter ipſorum principes, Eccleſias, dignitatem & quod ſi etiam aliquis quidpiam eſſet oblitus dicere, aut non veniſſet ei in mentem, quod putet ad rerum declarationem, aut confirmationem aliquid momenti afferre: id poſſet in ſententiæ ſuæ dictione adiicere.

Neutri autem parti liceret abrumpere diſputationem: niſi de ſententia recedere parata eſſet.

Congruentibus vero aut omnibus, aut pleriſque partis vtriuſque ſuffragiis, decretum perſcriberetur, collatis Actorum operis: ſcriptum proponeretur ſygnodo corrigendum, ſi quid deſideraretur, & confirmandum.

Si qui reſtarent contumaces, & ſubſcriptionem poſt ſufficientem rationum ſuarum refutationem, detrectãtes, illis ſilentium imponeretur. Eadem in omnibus controuerſiis ratio ſeruaretur.

Soluta ſynodo acta cum decretis publicarentur, latino, & germanico ſer-

ſermone: vt iudicare poſſent omnes Eccleſiæ, & omnes fideles, quid, & quare, & quomodo actum, & decretum eſſet.

CAPVT XVIII.

Catalogus Synodalium?

SYnodum poſſe fieri dixit Pareus; nos illam Collegimus, nam Pareo parendum eſt, præſides, actores, notarios conſtituimus, ipſam diſputationem ſcriptis alternantibus, ductâ, reductaque ſerrâ, & argumentorum reciprocatione creſcentem, inchoauimus,* πάντα κατὰ κόσμον Quia vero Synodum magnam, ac ſplēdidam, quæq; auctoritate prædita ſit, volo, etiā mortuos aduocaui, cuius conſilij rationem me etiam Pareo probaturum putaui. *omnia ex decoro.

Primo. Quia non multo facilius viui, quam mortui adduci poterunt, vt ſupra oſtendi.

Secundo, Quia ſine ſumptu mortui venire, & manere queunt, Tenues

enim sunt sine corpore vitæ, & carent viatico, Rhedis, exstructisque mensis, & frequentibus epulis, quæ viuis exhibenda forent.

Tertio, Synodus est Outopiensis, in eâ vel præcipuum locum habere demortuos oportet.

Quarto, Viuentes obscuri sunt, mortui vero famosi, volo autem, vt dixi Synodum ex nominatissimis celeberrimisque.

Quinto, Mortuorum è libris sententias cognoui, deviuentium opinionib. merito dubitare possum, cum & naturâ sint mutabiles, & indies mutentur.

Sexto, Exemplo aliorum hoc mihi facere licet, si enim V.C. Iustus Lipsius necesse habuit mortuos excitare, in Satyrâ Menippeâ, cur mihi in re grauiore non idem liceat?

Septimo, Viui turbam trahent, vxores, liberos famulitium, vnde lites, & sumptus; mortui soli sunt.

Octauo, Mortui liberius sententiã dicent, neq; enim obnoxij sunt principibus, deinde liberi sunt à iureiurando è viuis tamen nonnullos adiungo hono-

noris causa. Si molestus interpellator inquirat, cur hos ponam, illos omittã, non respondebo, quis me coget? aut si respondere allubescet, quæram vicissim. Cur illos ponam? hos omittam?

Lutherani vocati ad Synodum.

Adamus Francisci Abb. Heilbrun.
Andreas Osiander.
Alb. Remiarus.
Adamus Colbius.
Andreas Schafman.
Albert. Gravverus.
Andreas Althamer.
Andreas Lonnerus.
Balth. Mentzerus.
Balth. Meisnerus.
Binderus.
Blumius.
Barthol. Krakeutz.
Baltha. Hillmerus.
Balduini.
Brentzius.
Casparus Lutz.
Conr. Leutenach.
Conr. Theodoricus.
Casparus Finckius.
Christia. Schedanus.
Casparus Pamperus.
Christoph. Pelargus.
Conr. Ruthelius.
Con. Schluslelburg.
Christop. Crunerus.
Conrad. Wolfgan.
Daniel Cramerus.
Dionysius Oehem.
Erasmus Alberus.
Erasmus Sarcerius.
Fischelius.
Forsterus.
Georg. Zeæmannus.
Gödelmannus.
Georgius Mylius.
Georg. Deckemius.

Georg. Weinreich.
Georg. Buchnanus.
Henr. Eckhardus.
Hæganstrianus.
Hunnius.
Henr. Leucterus.
Halenbecius.
Ionas Iustus.
Iacobus Andreæ.
Ioannes Holtz.
Iacobus Scöpperus.
Ioannes Schad.
Ioan. Winckelman.
Ioan. Keckius.
Ioan. Gerhardus.
Ioan. Apffelman.
Ioan. Herselbenius.
Ioan. Schrôder.
Ioan. Kaufman.
Iacob Martini.
Ioan. Zelmer.
Ioan. Forsterus.
Ioan Gerardus.
Ioach. Garcæus.
Iacobus Reineccius.
Iocob. Riniedonius.
Ioach. Môrlinus.

Leonard. Hutterus.
Lutherus.
Leiserus.
Lungvvitius.
Leonar. Hutterus.
Lauren. Tuppius.
Matth. Hafenreffer.
Mart. Heineccius.
Melanchthon.
Marbachius.
Melch. Gerlachius.
Nicodemus Frischlinus.
Osiander.
Olschlegelius.
Polycarpus Lyserus.
Pomeranus.
Petrus Patiens.
Petrus Felisinus.
Petrus Hinckelman.
Pandocheus.
Rugianus.
Reutzius.
Rungius.
Stephan. Agricola.
Salomon Gesnerus.
Steph. Gerlachius.

Sel-

Selneckerus.
Salomon Finck.
Stugenicius.
Torpsdoffius.
Tilmannus Hesch.
Timot. Kirchnerus.
Tingerlarius.
Tacuonius.
Vitus Wolserus.
Wilhel. Zimmerman.
Winckelman.
Wolffg. Araphras.
Wolffg. Frantzius.
Wigelinus.
Wendlandus.
Zacharias Pistor.
Zacharias Schilter.

Caluinistæ vocati ad Synodum.

Andr. Seelmatter.
Abraham Muscul.
Abraham Scultetus.
Arminius.
Aretius.
Beza.
Boquinus.
Bomlerus.
Broeckerus.
Bugmannus.
Bullingerus.
Bucerus.
Campanus.
Christoph. Bezelius.
Casparus Empdenus
Carolstadius.
Caluinus.
Claudius Alberius.
Clebitius.
Casmanus.
Conradus Vorstius.
Crocius.
Casaubonus.
Dauid Pareus.
Dauid Tossanus.
Drusius.

Daneus.
Egliſemius.
Georgius Shon.
Grynæus.
Graſerus.
Gommarus.
Hieron. Zanchius.
Herman. Kennethe.
Ioan. Storck.
Ioan.Salmuth.
Ioach. Vrſinus Anti-Ieſuita.
Ioan.Henr.Alſtetius
Iodocus Naum.
Ioan.Biſterfeldius.
Ioan.Bincerus.
Ioan.Druſius.
Ioſeph.Scaliger.
Iacobus Arminius.
Lucas Stôckle.
Lasko.
Leonellus Sharpus.
Ludouicus Loius.
Lauaterus.
Matthias Martin.
Mattias Sutliuius.
Mellerus.
Marloratus.
Nicolaus Fullerus.
Otto Caſmannus.
Oecolampadius.
Oleuianus.
Polyander.
Perkinſus.
Piſcator.
Polanus.
Petrus Martyr.
Pouellus.
Robertus Abbas Oxonienſis.
Rauenſpergerus.
Rigardus Harris.
Sibrandus.
Sebaſtia. Benfield.
Tilenus.
Waſerus.
Winand. Zonzius.
Wittaslerus.
Zvvinglius.
Zanchius.

CAPVT XIX.

Actio prima, ad concordiam cohortationes, & ad disputationes præparamenta.

POstquam ex omni terrarum plagâ venit prompta in bella manus selecti ex inferis, & nostro orbe disputatores, iamque hospitibus plena, quamuis patens Outopia, vrbs Medeniorum nobilissima, magnam vicis omnibus vndam vomeret, dictus est dies primæ actioni, Calendæ quartiles; sed quia eâ luce Zvvinglius in acie cecidisset, omini auerruncando, maluerunt Zvvingliani in septimum nonas comperendinari, quod & factum. Illa igitur die magnæ pacis exordium datum, & Synodus ex legibus Pareanis collecta sedit. Tum sic oratum est à Lutheranis.

Antiphona *Beatus vir, qui non abiit in Consilio Sacramentariorum, nec stetit* Oratio Lutheranorũ.

stetit in via Cinglianorum, nec sedit in Cathedrâ Tigurinorum. Lutherus Epist. ad Iacobum Bremensem præpositum.

℣. *Frange manu telum Heluetij Prædonis;*

℞. *Et ipsum sterne solo.*

Oremus.

Deo soli gloria, diabolo, & squamis ipsius Sacramentariis, Zvvinglianis, & Caluinianis, præsertim dogmatistis, mendaciorum architectis, perpetua ignominia, atque confusio, Amen.

Ita delecti Theologi in historia confessionis Augustanæ. Huic orationi senior Brentius aliam clausulam subiungebat, videlicet: Per Sanctam, & indiuiduam Vbiquitatem, Dominam nostram. Amen.

Caluinistarum conceptis verbis hæc fuit precatio.

Oratio Caluinianorum.

Gratias agimus toto pectore, domino Iesu Christo, quod is nobis dedit, vt veritatē, & pacem diligamus, & inquiramus, Deū precamur ne vobis (Lutheranis) *statuat hoc peccatum, quod tot Dei seruis* (Caluinistis) *horribiliter, diuque maledixistis, vt*

vt venundati ad maledicendum videamini: vt det vobis Spiritum resipiscentiæ, mansuetudinis, & veritatis. Ita Ioan. Iacob Grynæus initio, & fine Apologiæ breuis.

Hæc precati sunt: secutę deinde binæ exhortationes, sed perbreues, etsi enim oratores diligenter sese, & ad prolixam orationem comparassent, iussi tamen sunt dicere compendio, quod plerique patrum ex pridianę cõsalutationis hilaritudine essent nauseabundi, & nescio quid periculi Anglicanis, & Borealibus insuetis Liberi, prognosticaret ructus.

Tum vero emulcens propexam in pectora barbam, constitit in medio Germaniæ quondam Papa, Iacobus Andreæ, atque huiuscemodi orationem habuit.

Concordiæ bonum Propheta Dauid Ecclesiæ doctoribus & auditoribus his verbis commendauit: Ecce (inquit) quam bonum, & quam iucundũ, habitare fratres in vnum. Sicut vnguẽtum in capite, quod descendit in barbam Aaron, quod descendit in oram ve- Exhortatio Iacobi Andreæ.

vestimenti eius: sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion. quoniam illic mandauit (seu promisit: Dominus BENEDICTIONEM, & VITAM vsque in sæculum. Neq; vero immerito psaltes fratrum in Ecclesia Dei consensum ita prędicat: Dissensiones.n.in Ecclesia Dei maiora mala excitant, quam verbis explicari possit. Nam & Deus, qui Deus pacis dicitur, eiusmodi concertationib. grauissime offenditur: & Spiritus Sanctus in multorũ piorum cordib. contristatur: contra vero Ecclesiæ hostes exultant, & doctrinæ synceræ euersionẽ inde sibi pollicẽtur. Multorũ infirmorum fides ita concutitur, vt quid inter tot opiniones dissidentes eligant, diiudicare non satis possint: quidam etiam omnibus religionibus contemptis in Epicurismum prolabuntur. Alij, dum de controuersiis Religionis disputando sibi placẽt, vt præ cæteris sapere videantur, internorum vitia, quibus interdũ maximis laborant, non corrigunt: perinde ac si non ad doctrinæ synceritatem etiam vitæ puritas accedere deberet. Quare hor-

horribiliter peccant, & Deo in magno illo die Domini grauissimam rationẽ reddent, qui cõtrouersias non necessarias in Ecclesia Dei vel mouent, vel easdem fouent: si quæ recte sopiri, & tolli possent.

Sed in eo quidam viri politici grauiter errant, quod controuersiarum Auctores (tantum quia pacem simulant) diligunt: eos vero qui controuersias, expugnando errores gladio verbi Dei tollere, & Ecclesiis synceram, & piam pacem restituere conantur, cane peius, & angue oderunt. Excitantes incendia defendunt: concurrentes vero ad eadem restinguenda, conuiciis (tanquam pacis, & tranquillitatis osores essent) repellunt. Inficientes puteos falsa, & pestilenti doctrina amice complectuntur: eos vero qui fideliter Ecclesiam Dei, ne venenum animæ præsentissimum hauriat, monent, criminationibus insectantur: & si possunt callidis suis, & obliquis consiliis ab Ecclesiis remouent: dum superioribus Magistratibus persuadent, pacem in Eccle-

Ecclesiis obtineri non posse, nisi eiusmodi Theologi inquieti ablegentur.

Ecce autem præter exspectationem Satan excitauit Carolostadium, cœlestes Prophetas (vt videri volebant) Cinglium Oecolampadium, & eorũ asseclas, qui articulum de cœna Domini, & alios huic affines, & cum hoc cohærentes manifeste corrumpebant. Hic sane extrema necessitas, ô patres nos vrget, atque cogit vt publicis scriptis erroribus perniciosis nos opponamus, atque doctrinæ synceritatem tueamur. Non enim ignoramus, falsa dogmata, tanquam cancrum latius indies serpere, & fermentum errorum alios etiam articulos fidei infectu-rum.

Plura conantem dicere strepitus, & οἱ ἐρευγμοὶ τῶν ναυτιώντων interturbabãt: & plura sunt in præfatione Iacobi ad Epitomen Colloq. Mompelg. vnde etiam hæc desumpta sunt. Exurgit deinde Lithus Misenus, poeta, historicus, orator, sed cui αἱ φρένες ᾤχοντο, is pro altera parte dicturus,

* ructus nauseantiũ

* cui mẽs euanuit.

Pa-

Patrum ignea toruo
Lumina conspexit, mentesque in lumine vultu, atque ita infit.

Facile erit, ô patres, *hominibus emunctæ naris ex plumbeis vnguibus, leonem plumbeum cui tamen os Luteum est, & aspidis venenum sub labiis, lingua autem ambulans vbique in terrâ, dignoscere, vt Grynæus noster in programmate Apologiæ de eo, quem declamitantem audistis, notauit, conuitia sunt, nostrum est ea contẽnere. Verum Pouchenius iste superintendens Lubecensis mihi exosus est,* * ἴσως ἀΐδαο πύλησι, *qui nos, quos Caluinianos vocat, etiam* Hundtschläger *nominauit, cui ingeniose* συμποιητὴς *meus respondit:*

Exhortatio Lithi Miseni.

* Æquè ac inferni portæ.

* poeta socius Caluinistę vocati hundtschläger.

Nos itidem impuro quæ nobis astruis ore
Nomina de fœdâ cæde petita canum
En vltro accipimus: quorum tu nempe flagella.
Primus ni sapias experière Canis.

(Ita elegantia carmina præposita libro in Poucheniũ scripto.) Canem vocat Collega meus Lutheranum Pouchenium; ego amplius etiam addo. Si canes non sunt, digni tamen sunt, quos

deuorent canes. Maleficum animal eſt canis, naturæ tamen eſt hoc in bruto, non vitij, Lutherani vero innocentes eſſe qui poſſunt? Vere namque de illis cecinit amicus meus CL. V. Luc Rutilius, qui ſic ſtimulat Lutheranos:

Cur (dictu horrendum) Christi tibi corpus vbique eſt?
Saxa replens, & poma replens, & pocula replens,
O myſteria bella, ô veſtris digna Sacellis
Orgia, delubris vix olim cognita Nili,
His ſi portentis quis contradicere tentet,
Scripturis fretus, lupus eſt tibi, ſed miſer erras
Venator, dignus quem trux cum Lælape Theron,
Hylæuſq; ferox, & villis Asbolus atris,
Promeritũ Cadmi longe peiora nepote,
Dilacerẽt verſis in fœdo corpore roſtris.

Pergebat exponere, cur potius Lutherani eſſent canum laniationem meriti, quam Actæon, ſed Bucerus, & Beza collocuti, ſilentium homini imperarunt. Cur minus mouerentur tanta

acer-

acerbitate Lutherani, cauſa erat, quod plerique verſus non intelligerent, quidam etiam ex Melanchthone quærebat: *an Lælaps, Theron, Hyleus, Asbolus eſſent nomina dæmonum, & an eorum in Lutheri tomis mentio haberetur?*

CAPVT XX.

Actio ſecunda Electio præſidum, & actorum, quæſtionis diſputandæ initium.

DVra initia illa plerisq; viſa ſunt, ſed conciliatores Bucerus, & Melanchthon vehementer ſatagebant, ne ſpem concordiæ abiicerent, neue riſus materiem Papiſtis vllam præberent. Melanchthon clam colludebat cum Zwinglianis, ſeque decepturum promittebat Lutheranos, Bucerus peierabat apud Lutheranos, ſe quoque Lutheranum eſſe, apud Zwinglianos eodem periurio aſſerebat; Lutherum ad Heluetiorum

opiniones acceſſiſſe. Sedati itaque animi initia diſputationis optabant. Prius tamen Præſides, & actores conſtituti ſunt.

Præſides & actores.

Lutherani quidem, præſides Georgium Paccium, falſarium gnauum, & Schleidanum Hiſtoricum elegerunt, neque enim putabant fore, vt vllius eos mendacij, quo cauſa iuuaretur ſuppuderet. Caluiniſtæ Pleſſæum, & Caſaubonum præſides, dixêre. Pleſſęũ quidem quia mendaciis poſſet, & eloquio, Caſaubonum vt ſi victi eſſent, is hiſtoriam Eccleſiaſticam inuerteret, & victores ſcriberet.

Pro Illuſtriſſimo quidem Scaligero laborabant Belgæ, ſed nihil effectũ eſt; Pareus namq; *ἐμαίνετο οὐκ ἔτ' ἀνεκτῶς, identidem occlamans, non *oportere habere præſides oletatos.* Scaliger vero ne ſe de Pareo vlciſceretur, pudore impediebatur, qui enim ex mortuis ad Synodum venerant certo affirmabant è ſcrutariis eum natum eſſe, non principibus Veronenſibus; itaque in angulum ſe recepit *κλαίων, & dicens κρομμύων ὀσφραίνομαι.

* continere vim animi non potuit.

* gemens cepas olfacio.

Acto-

Actores lecti Melanchthon, & Bucerus. Multa interim relatu non indigna contigêre, ſed breuitati ſtudendũ eſt. Carolſtadius Paccium capite plexum, & infamem falſariũ eſſe arguebat. E contrario Lutherani non minus falſarium eſſe Pleſſæum, nec vllam fidem habere, vt cuius vno in libro mẽdacia quingenta legerentur, itaque hoc par belle compoſitum eſſe vtrimque iudicarunt. Nam Pleſſæum fidem habere grauiſſimo, vt ſibi videbatur, argumento aſtruebant, quod Regem Angliæ non ad bellum Italicum modo eſſet adhortatus, ſed miles etiam vetulus ipſe tranſire, & Catholicos excarnificare geſtiret, certiſſimam autẽ eſſe teſſeram Caluiniſmi, in Catholicos, crudelitatem. Cum ergo fidem habuerit, eaq; ſit indelebilis, non potuiſſe illam amittere, hinc orta controuerſia; *An fides iuſtificans amitti poſſit?* ab illâ inchoari diſputationem placuit, eoque magis quod Caluiniſtæ fidem delebilem, negarent eſſe fidem, & Lutheranos, qui fidem ſuam amittere ſe poſſe dicerent, infideles eſſe ia- Initium controuerſiæ.

ctarent, nec minus Lutherani fidem Caluinistarum in omnibus sceleribus perseueranter iustificantem, assererēt esse fidem dæmonum. Ab hac igitur quæstione sumptum est initium. Consurgit igitur Polycarpus Leiserus, huic enim præconium mandarant, & quæstionem Legit.

Quæstio prima Synodi.

An fides iustificans possit amitti?

Deinde subiunxit: *Qui aiunt, huc concedant: qui negant, istorsum vorsum loca capessant.* Dictum erat, & dicto citius magno tumultu, strepituque facta est secessio, hactenus enim confuse, & cōiunctim, vt casus tulit, consederant. Nunc sua singuli obtinent loca, vario cursu, occursuque res acta est, vt quati, & ruere aula periclitaretur.

Veluti cum turbine vasto
Sternuntur syluæ, vulsis radicib. orni
Attonitos sistunt latis ramalib. amnes,
Luctantur trepidi lapsa inter robora pisces,
Verticibusq; cadunt miratæ ingentibus vndæ:
Talis erat strepitusque pedum, fremitusque virorum,

Hoste

Hoste recedentûm, & socios clamore vocantûm.

Nec duæ modo partes, sed plurimæ. Cum Prussis suis stabat seorsum Osiā-der, cum aliquot Baronibus Illyricus, cum sexuiris concordiberganis Iacobus Andreæ, Ab Anglis secessere Gebennenses, quod nollent Episcopis cedere, id enim causæ suæ præiudiciū interpretabantur. Factio Leidensis contra Franikeranam stabat, Deinde tres erant partes Fractionariorum, quarum in minimâ, quæ est Adiaphoristarum, stabat Pareus pallidus, & de euentu anxius. Tum primo dissensiones patuerunt, & labor irritus Irenici, hoc tamen obtentum est, vt domum iretur. Quid ante conuentum dissolutum orarint, audire non potui; Lutherum dixisse scio. *Si concordia fieri debet, fiat in nomine omnium diabolorum.*

Sympos. de Schwermeris.



ctarent, nec minus Lutherani fidem Caluinistarum in omnibus sceleribus perseueranter iustificantem, assererēt esse fidem dæmonum. Ab hac igitur quæstione sumptum est initium. Consurgit igitur Polycarpus Leiserus, huic enim præconium mandarant, & quæstionem Legit.

Quæstio prima Synodi.

An fides iustificans possit amitti?

Deinde subiunxit: *Qui aiunt, huc concedant: qui negant, istorsum vorsum loca capessant.* Dictum erat, & dicto citius magno tumultu, strepituque facta est secessio, hactenus enim confuse, & cōiunctim, vt casus tulit, consederant. Nunc sua singuli obtinent loca, vario cursu, occursuque res acta est, vt quati, & ruere aula periclitaretur.

Veluti cum turbine vasto
Sternuntur syluæ, vulsis radicib. orni
Attonitos sistunt latis ramalib. amnes,
Luctantur trepidi lapsa inter robora pisces,
Verticibusq; cadunt miratæ ingentibus vndæ:
Talis erat strepitusque pedum, fremitusque virorum,

Hoste

Hoste recedentûm, & socios clamore vocantûm.

Nec duæ modo partes, sed plurimæ. Cum Prussis suis stabat seorsum Osiãder, cum aliquot Baronibus Illyricus, cum sexuiris concordiberganis Iacobus Andreæ, Ab Anglis secessere Gebennenses, quod nollent Episcopis cedere, id enim causæ suæ præiudiciũ interpretabantur. Factio Leidensis contra Franikeranam stabat, Deinde tres erant partes Fractionariorum, quarum in minimâ, quæ est Adiaphoristarum, stabat Pareus pallidus, & de euentu anxius. Tum primo dissensiones patuerunt, & labor irritus Irenici, hoc tamen obtentum est, vt domum iretur. Quid ante conuentum dissolutum orarint, audire non potui; Lutherum dixisse scio. *Si concordia fieri debet, fiat in nomine omnium diabolorum.*

Sympos. de Schwermeris.



CAPVT XXI.

Conuentus Lutheranorum priuatus, eorumque thesis, & dissensiones.

THesin ad Paccium, & Schleidanum attulêre Philippus, & Iacobus Andreæ, hic enim se adiutorem sponte Philippo obtulerat, quod timeret ne nimia facilitate, & loquendi ambiguitate, rem Lutheranam proderet, suâ igitur eum constantiâ fulciendum, sua acrimonia incitandum putabat. Thesis hæc erat.

Thesis Lutheranorũ.

Fides iustificans amitti potest, & est simpliciter delebilis, ideoque & ipsa iustitia, quæ reipsa sæpe amittitur.

Rationes Theseos. *Timere nos iubet Apostolus Rom 11. 12. ne fidem amittamus, Tu fide stas, noli altum sapere, sed time. Possumus igitur amittere fidem. Deinde inauditum est hominem in maximis, atrocissimisque sceleribus seruare iustitiã.* Hæc omnia conuentu Lutheranorũ secun-

ſecundum leges indicto prȩſides legerant, exemplaria etiam ex ſcripto data ſunt eminentioribus patrum. Poſtquã igitur alij hæc ſecum taciti conſideraſſent, alij cum proximis incerto murmure diſceptaſſent, & iam haud dubiâ ſonarent atria rixâ, placuit ordine rogari ſententias, vt quid quiſq; in theſi probaret, vel improbaret, euidens eſſet.

Hic ſe nõ tenuit Ioachimus Moerlinus, ex Pruſſico exule ſuperintendẽs Brunſwicenſis, quin nondum rogatus in verba aſpera prorumperet. Theſin profatur omnino captioſe propoſitã eſſe, nam cum dicitur: *Fides*, ſimpliciter poſſe intelligi fidem viuam, ſeu fidem, quâ viua eſt, adeoq; fidem cum operibus, quam doctrinam querebatur, à multis, & pinguibus Lutheranorum doctoribus reduci, addendum igitur; *Sola fides, aut fides non quatenus viua eſt.* Deinde in theſi explicandum modum iuſtificationis, qui eſt, vt fides Christi iuſtitiam apprehendat, & eius meritum, nã ſub illa theſi generatim propoſitâ poſſe latere hæreſin Oſian-

Diſſenſiones Lutheranorum.

Ioachimus Moerlinus & Ioan. Funck.

drinam, qui nostram iustitiam nō vult in remissione peccatorum consistere, sed esse illam ipsam iustitiā, quâ Deus essentialiter iustus est, ideoque fidem non in Christum,& eius meritum,sed in Deum solum tendere docet: addēdum igitur, Fides, quæ meritum Christi apprehendens iustificat, amitti potest.

Osiandrinorum hęreses.

Deinde arreptâ occasione coram Synodo Osiandrum inimice accusabat, se ab eo per summam iniuriam,& crudelitatem totâ Prussiâ pulsum esse. Excepit Ioachimum pari iracundiâ Ioannes Funck aulicus Illustrissimi Alberti Brandeburgici concionator. Non addendum hoc ad thesin contēdebat. Neque enim nos sanguine Christi, & merito iustos esse, Sanguinemque mortemque Christi nos non mūdare à peccato, ruinosam, & damnabilem esse perfidiam eorum,qui sic doceant, *Solâ Dei iustitiâ esse nos formaliter iustos*, ideoque ad hunc modum thesin emendandam, & supplendam esse. Addebat optimo iure Ioachimū Prussiâ pulsum esse, vt qui puro verbo

Dei

Dei resisteret, malo consilio ad superintendentiam Brunswicensem euectum. Tum Ioachimus: *Horribiles, & maiores humanis esse Osiandri blasphemias*, eas vniuerso nomini Lutherano imputatum iri, nisi vnamini consensu se omnes opponant. *Sæpius se mori præoptasse, quam tam horrenda audire.* Vtinam vero, excipit Funck, tu potius noxiam animam dedisses Ioachime, quã per te, vel tuos nobili Domino Bothoni ab Eileburg auctor fuisses, orthodoxos vt occideret. Nam Osiandrinum ministrum capite ille minuit, quod dixisset. Das Blutt Christi sey wie eines anderen vnuernunfftigen thiers in die erdt geloffen / verstocket / vnd vorwesen / diene vns derhalben zu vnser Seeligkeit vnd gerechtigkeit nichts. *Christi sanguinem, quemadmodum aliorum ratione carentium animalium in terram dilapsum esse, vigorem perdidisse, emarcuisse, ideoque ad salutem, & iustificationẽ nostram nihil conferre posse.* Contendebat Ioachimus iure illum cæsum, id se docuisse in historia de Schwermeriâ Osiandrinâ, vbi hæc multis describuntur.

Impia vox Osiandrici ministri.

Di-

Distractos igitur, & in contraria tẽdentes hortatur ad concordiam Paccius. Vos inquit *principia turbatis*, quãtum erit in fine discrimen? Fide iustificamur, hoc teneamus, siue id fiat in Christo, siue absque Christo, & solâ Dei iustitiâ, siue imputatitiâ iustitiâ, quærere differte, ne rideant nos Caluinistæ. Sed nihil effici poterat, animis discordabant, voce iniuriosa sese lacessebant.

Rationem vero theseos alteram, quâ dicebatur cum grauissimis scelerum non posse consistere iustitiam Illyricus improbabat. Si enim inquit, ipsa anima hominis, atque essentia est peccatum originale, eadem vero anima atque essentia iustificatur, igitur & peccatum originale iustificatur, si igitur peccatum ipsum fit iustum, causa non est, cur non cum iustitiâ possit esse peccatum, cũ in ipso peccato, & ipsius peccati sit iustitia. Delendam igitur rationem illam censuit. Neque hic finis litigandi, consurgens enim Zacharias Prætorius Poeta Laureatus, Mansfeldicę Cõfessionis architectus, grauissime

ſime in Collegas Lutheranos inuectus eſt, qui bona opera, vtilia, vel neceſſaria, vel quocunque modo conducentia ad vitam æternam eſſe cenſerent. Itaque hoc quoque addendum eſſe contendebant nomine Synodi illius Mansfeldicæ legatus, verum multis obſtantibus nihil confici potuit, egrediens itaque Zacharias hoſce in Lutheranos ſocios ſuos falſos doctores cantillabat verſiculos.

Cantio Lutherani de Lutheranis.

a O Sancte Deus aſpice,
Quam paruus eſt eorũ
Cœtus, qui toto pectore
Diligunt tuum verbum.

a *Paruus ſincerorum Lutheranorum Grex, ſed vbi ille inter tam multos errones?*

b Defecit & exſtincta eſt
Fides, nec veritas poteſt
Habere locum vllum.

b *Tam cito exſtincta in tunis, cum vix nata, vel de ſub ſcãno protracta.*

c Tantũ docent pręſtigias
Inſidioſa fraude.
Nõ quęrũt quæ ſit veritas

c *Si pleriq; doctorss Lutherani docent præſtigias, cui credemus?*

d E ſacro verbi fonte,
Aliud fingit alius:
Sic diſſipatur grex tuus,

d *Vbi nunc ſolum, purum putum verbũ Dei?*

e Sub

e Sub specie honestâ. e Species honesta, verbum Dei.
Exscindat falsa dogmata
Superbæ Deus linguæ,
Quę palã dicit: hęc nostra
Quis potest prohibere?
f Soli regnamus, vt quę nos f Finis Lutheranorum doctorum.
Statuimus, probetis vos.
g Quis nobis est Magister? g Eorundẽ factus.
In fine Confessionis Mansfeldicę hæc habentur.

CAPVT XXII.

Thesis Caluinistarum, & eorum dissensiones.

ATque ea dum in parte Lutheranâ aguntur, nihil sane cessatum est inter Caluinistas, Thesis à Bucero, cuius se amanuensem adiunxerat Pareus, conscripta est, atque in consistorio lecta.

Thesis Caluinistarum. *Fides iustificans est omnino indelebilis, atque adeo ipsa iustitia amitti nunquam potest.*

Rationes ex Pareo allatæ, comm. in Rom. 5.

Prima.

Prima, *Dona Dei sunt ἀμεταμέλητα, sine pœnitentiâ, fides est donum Dei, igitur sine pœnitentiâ, non igitur potest amitti.*

Secunda, *Fides est fiducia perseuerantiæ, non igitur potest amitti.*

Tertia, *Deus diligit immutabiliter, Ergo.*

Quarta, *Fides est cum spe, spes non confundit, Ergo.*

Quinta, *Electi custodiuntur virtute Dei, 1. Pet. 1. 5. non potest ergo fides eorum interire.*

Sexta, *Hæreditas est incorruptibilis, igitur & fides.*

Septima, *Deus exaudit preces sanctorum: Domine adauge nobis fidem, fides igitur est indelebilis.*

Octaua, *Christus orauit pro Petro, ne deficeret fides eius, nec igitur nostra potest deficere.*

Hæc in hunc concepta modum, dictataque legit in consistorio Adrianus Sarauia, ille enim anagnostes fuit ab Anglicanis constitutus. Tum Plessæus, & Casaubonus sententias rogare cœperunt: *Vellent, iuberent eam offerri Lutheranis*. Dixit primo: sibi videri Pa-

reus

reus offererendam, eum secuti multi vt maximus semper est numerus Pedaneorum, minimus sapientum, videbaturque sine morâ res conficienda, immensum gestiente Bucero, intellexerat enim internuncio Melanchthone, Lutheranos non esse concordes, non diuturnum tamen hoc gaudium fuit, cõcordiæ enim per imperitorum suffragia deuectæ cursum sufflaminauit Sibrandus, obscuram enim, & captiosam thesin corrigebat in hũc modum. Fides iustificans, hoc est, fidei correlatiuum est indelebile, non fides quà opus est, seu τὸ credere, hoc enim nõ est fides iustificans. Correlatiuum vero fidei, hoc est meritum Christi semper manet.

Dissensiones Caluinistarum.

Extemplo turbati animi, lateque per omnes
Sparguntur creperæ stolido certamine rixæ.

Non se deserit Petrus Bertius scholæ Lugduno-Batauæ præfectus, non Coruinus vrbis Academicæ Episcopus. Clamabant enim *Fidem iustificantem, quæ sit indelebilis esse τὸ credere, seu*

actum

actum ipsum credendi, ipsum opus, hoc opus à Deo pro tota, & perfectâ legis obseruatione acceptari. Contra Sibrandus: *Fidem proprie dictam non iustificare, nec esse indelebilem.* At Bertius; an parum offendimus in re Sacramentariâ tropis & figuris omnia metientes, & forte mentientes, nisi etiam fidem Metonymicam, iustitiam, cœlum figuratum comminiscamur? Interim Bertium vrgebat Sibrandus; *Si fides proprie accipitur, & fides iustificans est τὸ credere, non est igitur indelebilis, nec defendi contra Lutherianos possumus.* Paræo tamen & Scholæ Haidelbergensi totam controuersiam committere se testabatur, quemadmodum & olim in disceptatione Epistolicâ fecerat. Verum Bertius se auctoritate Haidelbergensium premi iniquum censebat, aut arbitrio subiici, quos aperte aduersarios sensisset, se solo Dei verbo niti, ex eo solo conuinci velle. Humana omnia arbitria fallacia esse. Diuisa est itaque pars Caluiniana, multique Bertium secuti sunt, quod moderatior Lubberto esse videbatur, & dignitate pollebat: Lub-

Liber Vorstij de 100. erroribus Lubberti.

bertum vero senio languidum, de centum erroribus à Vorstio conuictum, sibi parum constare, parumque esse integræ mentis iudicabant; à Pareo etiam erant alieniores, quod inimicitias cum Scaligero capitales gessisset. Dies vero multos ea tenuit altercatio, omnia enim, quæ in disceptatione Epistolica Sibrandum inter, & Bertium agitata sunt, hoc loco maiore contentione, accensis mutuo conspectu animis renouarunt. Hac in controuersiâ Britannici neutram partem secuti sunt, tum quod non intelligerent quid diceretur, de solo suprematu regis sui disputare consueti, tum quod inconsulto rege, certæ parti se nollent addicere, callide etiam Bucerus eos quasi * ἐπέχοντας detinebat, vt quorum operâ se reliquos conciliaturum confideret, graui enim odio dissidebant, adeo vt Sibrandus Bertium Socinianismi, & Samosatenianismi incusaret, Bertius Sibrandum vetulum Sycophantam, & calumniatorem diceret. in discept. Epistolicâ.

* ancipites

Dum hæc aguntur Adolphus Vena-

nator, Vorſtius, aliique factâ ſeceſſione, Bertium pariter, Sibrandumq; deſerunt, & Britannorum neutralitatem carpunt, Concilij vero Tridentini de fide iuſtificante ſententiam probant, eos ſecuti multi non ignobiles. Alij Pareum, & Bertium oppugnabant. Si actus fidei eſt qui iuſtificat, quomodo eſt indelebilis? Cum actus naturâ ſuâ ſit * εὐκίνητος, & mutabilis? Si habitus eſt fides iuſtificans, quis ſenſus eſt ſcripturæ dicentis: Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam? Quid reputatum eſt? τὸ credere, an habitus? Si habitus eſt imputatus ad iuſtitiam, multum receditur à maioribus noſtris, & noua Schiſmata conflantur. Non occurrebat Pareo, quod in præſens reſponderet, ingens igitur oriebatur, inconditumque murmur, & indecens vociferatio, qualis in grege balantum, magna pars quid verum eſſet, neſciebant, omnes falſa docebant, & ſuæ erat quiſque ſententiæ, cum ſubito exurgens Lambertus Danęus. Quę finis litium? quæ cautio? ſtant ante fores Lutheriani, & vos contenditis? Ego

* facile mobilis.

Conciliati Caluinistę. modum concordiæ, & vinculum vnitatis adinueni. Scribatur in hunc modum thesis. Fides iustificans, siue τὸ credere, Habitactu correlatitium fidei, siue fides proprie, per metonymiã dicta est indelebilis. Ita enim nos belle consentiemus, & Lutherianos nouæ sapientiæ energemate percellemus, perculsos sternemus, stratos occidemus, aliam vincendi rationem non video. Acclamatum vndique, *Vti rogas*, &: *multos annos Danæo, multos annos pacifico, multos annos illustri ingenio*. Plerique enim sensisse eum putabãt statim sternendos, occidendosque esse Lutherianos. Ideo rem Plessæo commiserunt, vt suo arbitratu thesin formaret, reformaret, & se bello pararet.

Rationes Caluinistarum ab ipsis reiectæ. Rationes omnes omittere placuit, cùm quia facile soluerentur, adeo vt præuaricationem Pareo obiicerent, tum quia Bezæ, Caluino, Bertio, Coruino eminentissimisque Caluinistarum repugnabant.

Nam quod primo loco dictum erat, dona Dei esse * ἀμεταμέλητα, huc non pertinere: cum actus fidei, seu Credere

* sine pœnitentia

sit

ſit donum Dei, & tamen pereat. nonne, dicebant, manſuetudo Dauidis caſtitaſque donum Dei erat, & homicidio tamen illa, hæc adulterio amiſſa eſt? Quanta dona Iudæ Iſcariotæ collata, prædicandi, morbos ſanandi, dæmones expellendi, quæ ipſe nefariâ proditione omnia perdidit? Et tamen illa fuere ἀμεταμέλητα. Ipſis electis quanta ſæpe donantur, vt conſcientiæ tranquillitas, gaudium, illuſtrationes, quæ ſunt ἀμεταμέλητα, nec tamen ſempiterna? Dona itaque, quæ in electos diuini numinis largitate, & multa, & excellentia quotidie conferuntur, & ſine pœnitentiâ ſunt, & ſæpe, heu nimium ſæpe amittuntur, neque ſtoicę neceſſitatis habent fatum, ſed vt ſunt in animis mutabilibus, ita ſuam habent mutabilitatem, non de pœnitentiâ Dei, ſe contuliſſe dolentis, ſed vitio hominũ dona ἀμεταμέλητα reſpuentium; multa enim dona ab æquiſſimo iudice auferuntur ingratis, quæ data eſſe non pœnitet indignis. Non eſt irrita vocatio, nec Deum poteſt eius pœnitere, vt interpretatio Caluiniſtica conuertit, ſed

Dona Dei quomodo ſine pœnitentia.

tamen quemadmodum gens Iudæorum vocata erat, maximam tamen partem excidit beatitudine, repellens gratiam Dei, ita videmus quotidie innumeros, ab eo, in quem à gratia euecti sunt locum, excidere, & tamen Deus in dono, & vocatione suâ non mutatur, vt vertit Syrus, sed à dono, & vocatione Dei mutatus homo in deterius se auertit. Quanquam hic Caluinus iracunde exsibilabat Pareum, *Neque enim de qualibet vocatione Paulum intellexisse, sed de illâ, quâ gẽtem aliquam in fœdus adoptauit Deus, quando de hac specialiter erat instituta disputatio*. Ita in c. 11. Rom. v. 29. Caluinus docet.

Quod vero secundo loco proposuerat Bucerus ex Pareo. Fidem esse perseuerantiæ fiduciam, ideo non posse amitti. Id aiebant eâdem facilitate negaturos Lutheranos, quâ ipsi asserent, neque enim fidem esse illam, quâ se fiderent in omni scelerum atrocitate retinentes esse iustitiæ, sed vecordem credulitatem, de præsumtuosâ persuasione descendentem. Instabant etiam hic Beza, Em. Tremellius,

lius, Fräciscus Iunius; se docuisse fiduciam perseuerantiæ, atque ipsam adeo perseuerantiam non in eo consistere, vt nunquam innocētia amittatur; sed ne finaliter caritate Dei, & fide excidat, qui cecidit, sed de benignitate adiutorij subuenientis exurgat, qui malitiâ sua lapsus erat, multæ sunt enim fidelium tentationes, & iustitiæ interpolationes, dum aliquando vincunt, nonnunquam succumbunt, & moriuntur, sed ne in morte perseuerent, gratiâ Dei resuscitantur in vitam.

Fides non est perpetua.

Neque aliud indicat perpetua Dei, quâ de Ierem. 31. 3. agitur dilectio. *Et in caritate perpetuâ dilexi te: ideo attraxi te miserans.* Caritatis illa perseuerantia, non magis fidei semper manentis, quam aliorum donorum requirit firmitatem. Imo ipsius fidei nō requirere, docet nos nostra fides. Fatemur enim fidem occuli, sæpe exiguam remanere particulam, succedere horribiles lapsus, de Deo, Christo, vitâ æternâ dubitationes, partes ergo fidei cum intereant, cum graduum abscessu in immensam paruitatem rediganttur,

Hæc fieri docet Beza in 1. Ioan.

tur, quæ tamen poſtea magnis incrementis iterum roboratur, & vincit, cur non &, quæ minima ſupererat particula, interire, & redire poteſt? Deo infidelem miſerante, & caritate eum, qui profugerat, in viam ſeruitiumque ſuum retrahente? Cum eum populus Iudæorum timeret, ne plane à Deo relinqueretur, dicebat enim: *Longe dominus apparuit mihi, olim ſcilicet, cum Patriarchis, & Sanctis regibus benefaceret, nūc videtur dilectio illa refrixiſſe.* Reſpondet Dominus: *Dilectionem illam erga Iſraëlem fore perpetuam, ſemper enim ex eo, quos gratiâ, gloriâque ſuâ dignaretur, elegit, ita Iun. Trem. Ex eo autē quis colligere poteſt ſingulorum fidem non poſſe interire, nullo ſacrilegio, nullo facinore, iuſtitiam poſſe auferri?* Niſi forte teſtes, & tabulas de tali Dei in ſe amore cœlitus, quiſpiam producere poſſit.

De quarto minus ſatisfactum eſt; Inanem enim argutationem eſſe, *Spes non confundit, non ergo amitti iuſtitia poteſt,* nec contra Lutheranos producēdam, cum ob eam ludibrio, fuerint

Ro-

Romanis. Spem enim ſæpe grauium tentationum fluctibus excuti, mergique in confeſſo eſſe, adeo vt horribilis in pectore tenebricoſo conſequatur confuſio. Exemplo dicebant eſſe Illuſtrem, & Generoſum comitem pronuper Hanouię defunctum; Ille enim cum ingentem ſemper fiduciam præ ſe tuliſſet, tandem in hæc verba prorupit. Ach Gott hat meiner gar vergeſſen/ Es iſt vnmöglich das mir könne geholffen werdē/ Ach nun iſt es vergebens/ vnd vmb ſonſt mitt mir/ *Ah Deus plane mei oblitus eſt. Impoſſibile eſt me iuuari, Ah nunc actum eſt de me, omnia mea in irritum ceciderunt* nec de vitâ, & morte temporaria ſunt illæ agonizantis quærelæ, ſed de ſalute, & morte ſecundâ, nam aquam, frigus, montem, aliaque horrenda videbat, quæ horrorem incuterent, & morituro, & aſtantibus, maxime quod diceret, ſe conſolationem miniſtri Euangelici capere non poſſe, quæ omnia cum prolixe narret Concionator eius aulicus, conſtat eū ſpe excidiſſe. Quis igitur ſpem generoſo illi pectori immobiliter adhæſiſſe, affirmare audebit?

Spes excidit.

maxime eo tempore cum adeo desperate loquebatur, & sentiebat?

Quintam etiam rationem causabantur protritam esse, & iam solutam millies; *Custodiuntur enim electi virtute Dei, non suâ*; nec gloriari possunt, aliis cadentibus, se perstitisse, quia Dei fulcientis potentiâ sustinentur, suâ infirmitate proni in lapsum, nec omnes tamen ita custodiuntur, ne vnquam cadunt, sed vt lapsi adminiculo diuinæ miserationis resurgant, sic Dauid, & Petrus custoditi sunt, ne manerent in morte, in quam suâ culpâ ceciderunt.

Electi custodiuntur Dei virtute.

Nihilo meliorem rationem sextam. Nam quæ ratio illa esse potest? *Hæreditas est æterna, igitur, & via, quâ illam adimus.* Per tribulationes multas, & magnas, datur adire bona æterna, nec tamen æternus est labor, imo laboris breuitate, & leuitate, se solabantur olim sancti, tendentes ad hæreditatem incorruptam, & incontaminatam, conseruatam in cœlis. Non magis igitur ex æternitate remunerationis, fidei perpetuitas, quam cæterarum rerum colligitur.

Ad

Ad argumentum septimum effuse ridebat Wolfgangus Musculus: Quid dicturos putabimus Lutheranos, si eos argumentis tam putidis oppugnemus: *Deus audit preces sanctorum suorũ, cum orant: Adauge nobis fidem*, est ergo fides indelebilis, Audiit preces Ezechiæ, nec sanitas tamen restituta mansit æternum: Audiit Salomonem, & sapientiam dedit, quam ille vsque adeo perdidit, vt idolis se inclinarit. Audit preces, nec sunt tamen, quæ facit, æterna, sed voluntati mutabili sæpe confert mutabilia.

Denique quid probabilitatis est, imo quid sensus in illâ argumentatione. *Rogauit Christus pro Petro ne deficeret fides eius, omnium igitur fides est indelebilis?* αὐτὴ νῦν σοφία ζῇ, vt est prouerbio. Deus rapuit Paulum in tertium cœlũ, omnes ergo fideles arcana illa verba audiunt, quæ non licet homini loqui? Decretum est itaque nullas harum rationum vsurpandas esse, quod omnes friuolæ essent, & causam proderent, pleræque suam. Quia tamen cautum erat ne sine ratione thesis proponere-

* ipsa nunc sapientia viuit.

tur,

tur, in vnicam pene omnes consense-runt, hanc scilicet. Omnibus in sceleribus, scelerumque proposito, retinetur fides iustificatrix, atque ipsa iustitia, nõ igitur est delebilis, sed * ἄσβεςος, omnino, atque perpetua, alias fides nõ esset certa fiducia, est autem certa fiducia: ergo indelebilis.

* indelebilis

Hæc priuatim in conuentu Lutheranorum, & Caluinistarum seorsum habito transacta sunt; nunc sequentia videamus.

CAPVT XXIII.

Quid ante actionem secundam sit actum?

Variarum hæreseon curæ.

INterea dum Caluiniani, & Lutherani seorsum de thesibus suis disceptabant, variæ hæreses theses, & antitheses componebant, & præsidibus offerebant, sed reiecti sunt in conuentum generalem. Valde enim rerum suarum præsides, & actores satagebant, neque quo se expedirent, cõsilium reperiebant.

The-

Thesin Lutheranam varie improbatam supra ostendi. Philippus pedē. *δέξιον εἰς ὑπόδημα, ἀριστερὸν εἰς ποδονίπτηρον ἔχων non immemor veterum artium, quas olim factitarat, cum Wormatiæ fucatas rationes, quibus vtrique satisfaceret parti, exquireret. Iacobus ambiguitates illas euitandas esse clamabat: Se Papam esse Germaniæ contendebat, velle suâ auctoritate thesin, qualis initio scripta fuit, proponere, contemnendum esse vulgus, & imperitorum cauillationes. Philippus vt eo propendere Paccium vidit, & Schleidanum, assuetus omnibus assentari omnia, facile suo calculo consilium illud, & ipse comprobauit. Maxime quod Paccius, cui commissum erat sigillum partis Lutheranæ, promitteret se nomine omnium Lutheranorum eam obsignaturum, eâ fide, quâ olim principis sui signo abusus exitiabili bello Germaniam implicuerat, & quantum instar in ipso erat perdiderat, anno videlicet, 1528. Idque nunc fidentius agebat, quod minus esse periculi iudicaret, nec iam alterum caput, quod præci-

*Dextrum in calceo, sinistrum in pedilunio habēs

Lutherani thesin adornant.

cideretur, haberet, nam prius illud ob ſcelus patratrum Antuerpiæ fuerat enſe carnificis amputatum. Quæ omnia hoc pacto promiſit Paccius, ſi bonâ fide Schleidanus viciſſim iuraret, ſe hæc in hiſtoriâ taciturum, aut officioſo mendacio famæ ſuæ conſulturum, quod ille promptiſſimâ voluntate pręſtitit, paratus, vel non rogatus, mentiri, vt cuius rei vſum haberet maximum, & facultatem. Et Lutherani quidem hæc fecerunt.

Maior cura, ſollicitudoque inceſſebat Caluinianos præſides, & actores. Monſtroſam theſin proponere verebantur, nec aliam habebant, ſciebant nullam confici poſſe, quæ non maximę ſuorum parti diſpliceret, diſſidentes in concordiam reducere arduum, nec vnius anni negocium arbitrabantur, adeo vt Bucerum quoque in conciliationibus, fideique cauponationibus exercitatiſſimum ratio, conſiliũque deficeret. Pareus tollẽdam è medio diſputationem de fidei perpetuitate cenſebat, ne in limine offenderẽt, atq; intra carceres Synodus tam præcla-

clara emoreretur. In eo perſeuerabat igitur, vt conſtanter affirmaret, quæſtionem ad fidei fundamenta nequaquam pertinere, ſed exercitationes ſcholaſticas. Vtroſque enim credere; ſolâ fide iuſtificari fideles, qualis ea ſit fides, perpetua, aut temporaria, actus an habitus, proprie dicta, an improprie curæ eſſe Synodo non debere, cũ non modo populus iſthæc ignoret, ſed miniſtrorum pars maxima, quæ in eo beatitudinem collocat, quod dicat: *Sola fides ſufficit, ſola fides ſufficit*. Perſuaſerat Pleſſæo dogmatum non admodum perito, ſed qui ſuorum mendacia ſtylo incruſtare, & maledictis obuallare ſolitus eſſet, nec Caſaubonus morabatur, qui inter iſtam fidem, & quam Straboni, cæteriſq; auctoribus habet, de quibus bene meritus eſt, nunquam ſubtiliter diſtinxit, contentus moderate θεολογεῖν. Hoc igitur conſtituto ſimul omnes Paccium, & Schleidanũ præſides Lutheranæ partis, & Melanchthonem actorem adeunt, quid cõuenerit exponunt, nec abnuunt illi, ſed Iacobi Andreæ * τὴν αὐθάδειαν verebantur

Quæſtio de fidei perpetuitate fundamentalis.

* eſſe Theologus

* arrogantiam

ban-

tiam, & aliorum fastidium

bantur, & vehementiam, itaque Melanchthoni prouincia delegatur, vt collegam flectat, frustra tamen omnes fuêre. Quid enim? inquit Iacobus, Nõ est fundamentalis illa quæstio? Et ita iudicat Pareus? *ὢ ὑπόχαλκον χρυσίον, ô fucum hominis. Nonne com. in 9. Rom. dubio 17. tria de fide docet?

ô aurum adulterũ.

Primo, *Fidem esse certam persuasionem.*

Secundo, *Eandem penitus amitti non posse.*

Tertio, *Esse certitudinem salutis.*

Hæc vero ita inter se connexa esse, vt si fides indelebilis non sit, etiam esse non posse certitudinem salutis, nec πληροφορίαν. Imo disertis verbis asserit,* ἀσύστατα esse hæc: Posse interire, & esse certitudinem salutis. Nostras ergo Ecclesias infidelitatis damnat, fatemur enim nostram fidem, non esse indelebilem, contra eius vero calumnias Deum testamur, & homines, nostram esse veram, ipsius fidem esse dæmoniorum, nam fides est, quæ sceleratissimos in ipsis enormium criminum propositis, & effectionibus perfecte iustificat, quæ fides à Deo

*plenam fidem
*non consistere

à Deo esse non potest. Deinde cum impiam Bezæ hæresin in Coll. Mompelgartensi refellerem, ac publice protestarer. *Non velle mille me florenos, imo ne totum quidem terrarum orbem accipere, vt talia auditoribus meis proponerem, tam manifeste impia. Quod videlicet perpetrantes peccata contra conscientiam, scortatores, & adulteri, si sint electi, retineant in ipso actu peccati fidem, & Spiritum sanctum*, tum Beza subiecit: *Ego vellem perire, si aliter docerem*. Non est profecto res de lanâ caprinâ, de quâ tam care sententias Theologorũ summates, Ego, & Beza licitamur, nemo nostrum adeo rerum ignarus est, vt mille florenos, vel mundum vniuersum velit pro opinione Scholasticâ pacisci, multo minus pro eâ se exitio deuouêre, quod fecit Beza. Demum quantam in mores opinio illa diuersitatem inducat, quis ignorat? Peccat Lutheranus, & iustitiâ se priuatum dolenter agnoscit. Peccat Caluinista, & perfecte se iustum profitetur. Quis neget hæc ad fundamentum pertinere? Tota Synodus certe ita censuit, cũ

ab ea quæstione disputationem iussit inchoari, non igitur nobis licitum est, alio modo incipere, aut aliter de fidei fundamentis iudicare. Deiecti igitur illo præsidio, versis alio curis, ab audacia consilium mutuati sunt, thesesque quales initio scriptæ, & à paucis probatæ sunt, tradendas aduersæ parti cēsuerunt, non quidem spe sopiēdarum discordiarum, sed quod nihil inueniri posset, in quo non maxime dissentirent, & tamen ne nihil egisse viderentur, aliquid fuerit proponendum.

CAPVT XXIV.

Actio secunda, Theses datæ, & primæ solutiones argumentorum.

CLaritudinis ergô, sine vllâ veritatis iniuriâ ordinem narrationis immutandum duxi. Cum alternis semper traditæ sint theses, obiectiones, solutiones, & replicæ, nam cum Lutherani suas theses darēt, eodem tempore Caluinistarum recipie-

piebant, itaque si ordinem actorum retinere vellem, perpetua tenore ponendæ essent theses Lutheranorum, deinde Caluinistarum, argumẽta Lutheranorum, deinde Caluinistarum, non sine lectoris molestiâ, cui ad vtraque simul attendendum foret, itaque primo seorsum Thesin Lutheranorũ quæque circa eam acta sunt, & dicta, deinde seorsum Caluinistarum describam, licet eodem illa tempore facta sint. Thesis Lutheranorum tradita Zwinglianis hæc erat.

Fides iustificans amitti potest, & est simpliciter delebilis, ideoque, & ipsa iustitia, quæ reipsa sæpe amittitur.

Rationes Theseos. *Timere nos iubet Apostolus Rom.* 11. *20. ne fidem amittamus, Tu fide stas, noli altum sapere, sed time: possumus igitur fidem amittere. Deinde inauditum est, hominẽ in maximis, atrocissimisque sceleribus seruare fidem.* Dolebant maxime Lutherani in hunc modum thesin proponi, sed vt maiore Caluinistarum odio premerent domestica dissidia, officiebat Philippus, discurrens; & principum offensam ni

facerent minitans, spem etiam faciebat fore, vt Caluiniani suarum rerum incerti transitionem ad ipsos facerent insusurrabat & gręculam sententiam: ὃς ἐν οἴκῳ καταβρέχεται, αὐτὸν θεὸς οὐκ οἰκτείρει, Eius, qui domi compluitur, Deum nõ misereri. Quod Polycarpus Leiserus ex Epistolis Concordistarum latine illis interpretabatur.

Epist. concordistarũ

Si vos Guerras facitis inter vos, digni essetis, vt vos canes permingerent. Thesin igitur hanc obtulerunt Caluinistis, & eodem momento Caluinistarum ipsi receperũt, sed de illâ postea acturus sum.

Fide stas.

Acceptam thesin Caluinistæ, diu multumque examinarunt, imprimis illa verba. Fide stas. Quid sit ibi fides? an habitus fidei? an actus? an meritum Christi? Nam Pareus in 4. Rom. *habitum*, Bertius in disceptatione Epistolicâ, *actum*, Lubertus Sibrandus, *meritũ Christi esse* dicebat. Octo dies eâ de re disputarunt, donec eo venerunt, vt certi nihil statuere se posse, certo cognoscerent. Deinde quæsitum, quid sit, *stare*? an idem quod non committere peccatum regnans, & an stantes stãdo

do committant peccatum regnans? de eo Vrſinus,& Toſſanus, Parei præceptores acriter diſputabant, ſed Pareus conabatur oſtendere ipſos non diſſentire. Cum nihil concorditer effici poſſet, Pareus hanc ad argumenta Lutheranorum reſponſionem adornauit.

Fides eſt indelebilis, inquit, Apoſtolus Rom.11.v.20.non minatur credentibus, ſed arrogantibus, terror itaque ille incutitur fide ſtantibus, hoc eſt infidelibus, adiungit enim: alioqui & tu excidêris, minatur igitur non manſuris,at in fide non manſuri, πρόσκαιροι ſunt,qui vere non credunt. Deinde vere credentibus, & in fide ſtantibus non incutit metum caſus, cum dicit:*Vide ne cadas*,nec metum excidij, cum dicit: *alioqui & tu excideris*, ſed hortatur ad timorem Dei. Denique comminationes iſtæ ſunt indefinitæ ſpectantes proprie ad hypocritas, in corpore Eccleſiæ latentes:qui credũt, & ſtant fide tantum,quæ creditur, hoc eſt doctrinæ profeſſione, ſed non ſtãt, &

* temporarii

& credunt fide, quâ creditur, hoc est verâ cordis fiduciâ.

Ad secundum respondit. Indubitatum esse filiis Dei, cum fœdissimis, atrocissimisque scelerum, manere fidē, humilitatem, Spiritum sanctum: nam Dauidem illa omnia in adulterio, & homicidio conseruasse. Anathema ergo si quis dicit amitti posse fidem. Quia veræ fidei natura est non posse deficere. Pareus in Rom. 11. v. 20.

Contra solutiones Caluinianas prima replica Lutheranorum.

AD hæc quæ compilatis scriniis Catholicorum collegerunt, hūc in modum responderunt Lutheriani, gnauiter, & serio argumento suo insistentes.

Paulus de vere credentibus loquitur.

Apostoli verba, contra fidem Caluinianam indelebilem totidem sunt fulmina. Ac primo quidem manifesta, impia, ipsumque textum euertens est deprauatio verborum Pauli, cum di-

dicitur, non loqui de credentibus, ſed hypocritis: quod varie probatur.

Qui mutatus ex oleaſtro inſertus eſt in oleam, & ſocius radicis, & pinguedinis oliuæ particeps factus eſt, ille vere fidelis eſt, at quibus loquitur Apoſtolus ſunt huiuſcemodi, fideles igitur ſunt. Aſſumptio probatur, Verſu 17. ita inquit Apoſtolus: *Tu autem cum Oleaſter eſſes, inſertus es in illis, & ſocius radicis, & pinguedinis oliuæ factus es, noli gloriari aduerſus ramos.*

Deinde v. 19. pergit Apoſtolus: *Dices ergo: Fracti ſunt rami vt ego inſerar, Bene, propter incredulitatem fracti ſunt, tu autem fide ſtas, noli altum ſapere, ſed time.* Opponit fractionem ramorum inſitioni, vera fractio eſt, vera inſitio, vera incredulitas quæ opponitur veræ fidei, non hypocriticæ.

Tertio *Tu fide ſtas*, Si loquitur non credentibus, ſenſus eſt: Tu incredulitate cadis, fides ergo, ſi illo loco non eſt vera fides, perfidia igitur eſt, & ſtare, iacere eſt: quorſum igitur defractis ramis comparat illos, qui nunquam inſiti ſunt? non minus iacet fractus hy-

Deprauāt verba Pauli Caluinistæ.

pocrita verâ fide carens, quam infidelis. Quomodo vera interpretatio est Pauli, *Fide stas*, hoc est, nec fidem habes, nec stas. Perinde ac si verba Christi sic interpreteris, cum ait: *Fides tua saluum te fecit.* Quasi sit. Nec fidem habes, nec saluus factus es.

Quarto, Quibus loquitur v. 30. Apostolus, iisdem & hoc loco. Sed v. 30. loquitur credentibus. Nam verba sunt: *Sicut enim aliquando & vos non credidistis Deo, nunc autem misericordiā consecuti estis, propter incredulitatem illorum: ita & isti, nunc non crediderunt in vestram misericordiam, vt & ipsi misericordiam consequerentur.* Non sunt misericordiam consecuti, vt ex gentilibus ex auditione Euangelij fierent hypocritæ, illa enim seueritas iudicij, non miserationis esset effectus, sed vt vere crederent, eâ fide, quâ olim credituri sunt Iudæi, cum misericordiam consequentur.

Quinto, v. 22. *Vide ergo,* (inquit Apostolus) *bonitatem, & seueritatem Dei, in eos quidem qui ceciderunt, seueritatē, in te autem bonitatem Dei, si permanseris*

in

in bonitate, alioqui & tu exciderîs. Quî potuit contra glossatores euidentius, efficaciusque Apostolus argumentari? Bonitas Dei videtur in stante, cuius seueritas cernitur in iis qui ceciderunt, stantes ergo, & cadentes opponuntur, non possunt ergo stantes esse infideles, nisi lapsos faciamus esse fideles. Nec in simulatione hypocritarum Dei bonitas magis, quam ignoratione gentilium apparet, cum externa omnia eo solum tendant, si Caluinistæ vera dicunt, vt sint inexcusabiles.

Sexto. v. *24.* Comparat gentes oleastro insito, qui naturâ sua ἄκαρπος * est, & infœcundus, Iudæos vero naturalibus ramis, naturales rami vere erãt rami, in arbore stabant, de oleæ pinguedine nitidi, de succo grauidi, in locum excisorum insitione beneficâ sapientissimi plantatoris insiti sunt, non vt essent hypocritæ, oleastri, sed vt participes pinguedinis, quemadmodum & gentium plenitudo intrabit, non ad hypocrisin, sed ad salutem.

* sterilis

Quod secundo loco responsum est, indignum homine, nedum Chri-

ſtianæ, adulterantem, & percuſſorem eſſe caſtum, iuſtum, plenũ Spiritu ſancto. Hoc cœlum, & terram miſcet. Vt optime docuit frater noſter Philippus Nicolai, libro de religione Caluiniſtarum.

Caluiniſtarum ſolutiones contra primam replicam Lutheranorum.

ARgumenta illa non poſſe ſolui plerique Caluiniſtarum exiſtimabant, itaque μεγαληγορίᾳ, & faſtu ſolito retundendos Lutheranos cenſebant. Nam argumenta illa ſumpta eſſe ex libris Romanorum, & fiduciationem reformatorum omnino tollere, nec opus eſſe aliâ reſponſione, cum certo ſibi perſuadeant Romanos ſcripturas non intelligere, in earum autem interpretatione non falli Caluiniſtas, cum ſint oues Chriſti, quæ vocem ſui paſtoris audiunt. Vicit tamen eorum opinio, qui ſpeciatim reſpondendum putabant.

*magniloquentiam.

Ad

Ad primum itaque reſponderunt, Inſerti ſunt fictè, participes pinguedinis facti ſunt fictè, ſtant hypocriticè. Sicque verba Pauli accipienda ſunt.

Ad ſecundum, Propter veram incredulitatem iſti fracti ſunt, propter hypocriticam, & temporariam credulitatem ſtant alij. Non ſunt vere inſiti, quos Apoſtolus dicit inſitos, ſequeretur enim Gebennenſes errare.

Ad tertium, Stare fide, eſt profeſſione fidei ſtare, rei ipſius inanem eſſe.

Ad quartum, Crediderunt, quia ſimularunt ſe credere.

Ad quintum, Conſecuti ſunt miſericordiam, vt profiterentur fidem, quam non haberent, eſſentque hypocritæ.

Ad ſextum. Naturales rami, & inſititij pariter erant hypocritæ. Pareus in 11. Rom. v. 20. dub. 17.

Dauidem quoq; facile fuit iuſtum, & ſanctum eſſe tam in cæde, quam adulterio, habitu videlicet. Sicut enim ebrietas, vſum rationis aliquandiu auferre poteſt, non autem ipſam rationem, ſic quoque Spiritus ſancti, fidei

&

& gratiæ Dei vſum, in electis perpetrata peccata, aliquãdiu auferre poſſunt, non autem ipſam gratiam Dei, fidem, & Spiritũ ſanctum, qui in illis manet, & ab illis non recedit, ſicut quoque à Dauide nõ receſſit. Beza Coll. Momp. pag. 464.

Secunda Lutheranorum instantia contra ſolutiones Caluiniſtarum.

POſtquam reſponſionem acceperunt Lutherani, velut in ſuo regno exultabant, ac primo quaſi victores pœana canebãt: Nam primo, nec falſo, aſſerebant ad rationes ſuas nihil dici, quod certiſſimo ſit indicio ſolui ipſas non poſſe, tantum enim affirmari fidem eſſe indelebilem, quod in controuerſiâ eſt, deinde Apoſtolũ de fictè ſtantibus, & hypocritis agere, contra textum eſt clariſſimum, facileque euincitur.

Hortatur enim Apoſtolus eos quos alloquitur, vt in fide quâ ſtant, perſeue-

uerent, incitare vero, & monere vt mordicus ſuam tueantur hypocriſin, longiſſime ab inſtituto Apoſtoli ſcopo abeſſe cenſere debemus, non igitur cum infidelibus agit.

Secundo, v. 12. de Iudęorum fide, & Apoſtaſiâ agens inquit: *Quod ſi delictũ eorum diuitiæ ſunt mundi, & diminutio eorum, diuitiæ gentium, quanto magis plenitudo eorum?* His verbis, ſignificat *copioſam gentium ad Chriſtum conuerſionem*, vt ipſe Pareus interpretatur, & ſane non vocaret hypocriſin gentium, diuitias mundi. Et ipſe Caluinus de ſalute gentium agi docet: *Quoniam poſt repudiatos Iudæos, gentes in eorum locum ſubingreſſas eſſe docuerat, ne odioſam redderet Iudæorum ſalutem gentibus: ac ſi earum ſalus illorum exitio conſtaret, falſam illam opinionem anteuertit.* Ita ille in Rom. 11. 20. & paulo poſt: *oſtendit poſſe eſſe coniunctam gentium, & Iudæorum ſalutem.* Illis vero ipſis loquitur, qui fide ſtant, qui veram fidem habent. Deinde repugnat illi expoſitioni Pareanæ Bezana, cuius verba ſunt. *Timorem alibi diximus, ex Hebræorum conſuetudine,*

ne, religiosum Dei cultum significare: quæ declaratio, non penitus discrepat, ab istâ pauli admonitione. Neque enim timorem vocat trepidationem conscientiæ, de recōciliatione dubitantis, sed piam illam, ac modestam sollicitudinem animi, cum magnâ religione, ac Dei reuerentiâ seipsum accusantis, & tamen quoties in promissa Deus respicit, &c.

Timor ille, reuerentia, sollicitudo, religiosus Dei cultus non est hypocritarum, sed vere fidelium, illis ergo dicit Apostolus. *Tu fide stas, noli altum sapere, sed time*, Conuersis inquam ad Christum gentibus, habentibus diuitias bonitatis æternæ hæc exhortatio adhibetur.

Deinde de singulis Syllogismos cōtexuerunt, cupieruntque sibi in formâ responderi.

Syllogismus primus. *Qui insitus est in bonam oleam, & eius pinguedinis factus est particeps, in locum ramorum propter incredulitatem excisorum, ille non est infidelis.*

At quibus Apostolus hic loquitur, ita insiti sunt.

Non

Non sunt igitur infideles.

Maior propositio naturâ est clarissima, & vt suo Pareum laqueo induamus, ipsius aduersarij, is enim *cum pinguefactos* dicit *beneficiis Euangelij, nullo suo merito, sed gratuito cælestis coloni* εὐδοκίᾳ, certe eius iudicio pinquitudo illa non est hypocriseos, sed veræ pietatis. Assumptio est ipsius Pauli Apostoli, vera igitur conclusio. * beneplacito

Syllogismus secundus. *Qui stat, non est infidelis,*

Hi fide stant.

Non sunt igitur infideles.

Præpositio adeo euidenter certa semper iudicata est, vt minus clarum esse videatur, quicquid ad eius probationẽ conferri potest, Probare tamẽ ex ipso Pareo placet, & ex ore suo αὐτόκριτος Ecclesiis Christi insultare desinat. Is in Rom. 11. 20. *Nec tu insitus es tuâ dignitate, sed stas fide: nempe quâ te Deus gratis donauit, & gratis radici inseruit. Fides enim datur ex misericordiâ, & eâdem nititur. Non dignitate, aut meritis tuis stas, hoc est consistis in radice: opponitur ramis humi deiectis, Gratuitam insitionem no-* * sui iudex

tat:

tat: Conferatur cum cap. 5.21. stamus in gratiâ: certitudinem fidei significat, & gratiæ: alibi constantiam, 1. Cor. 15. 1. In quo statis. & 1. Cor. 16. 13. State in fide.
Hæc omnia de vere fidelibus, & vere stantibus intelliguntur.

*fidei certitudinem

Deinde ex his locis suam πληροφορίαν Pareus architectatur, cur non igitur, & versum 20. huius capitis eodem modo interpretatur?

Quartus Syllogismus. *Qui aliquando non credidit, nunc vero credit, is vere fidelis est.*

At Apostolus hos dicit aliquando non credidisse, nunc vero per misericordiã Dei credere, & eo quidem modo, quo sint olim credituri Iudæi:

Vere igitur sunt fideles.

Quintus Syllogismus. *Qui consecuti sunt misericordiam, vt permaneant in bonitate, cui bonitati opponitur ἀποτομία severa, & repentina, sine misericordiæ interuentu, præcisio, illi sunt vere fideles, non solâ professione:*

*abscissio

Hi tales sunt, non igitur solâ professione fideles. Hoc quoque ex Caluinistâ, contra Caluinistam probamus. Pareus

in

in Rom. 11. 22. *Tertium modestiæ stimulum addit à conditione, qua benignitatem sunt consecuti. Habetis benignitatem eâ conditione, si in eâ permanseritis. Ergo studete in eâ permanere. Bonum eius, quod habetur sub conditione, debet excitare studium implendæ conditionis, sub quâ habetur. Permanere autem in benignitate, est permanere in fide. Permanere in fide, est permanere in modestiâ, fugere superbiam. Benignitas Dei fide obtinetur: Fides modestiam gignit, superbiam cauet.* Et: *Si permanseris in bonitate, si permanseris in fide, quam habes per bonitatem.* Hæc nisi de verâ fide intelligit, totam argumētationem Apostoli Pauli, imo ipsius Sancti Spiritus euertit. Permanere in bonitate, est permanere in fide, certe non in solâ professione fidei, sed verâ fide. Si est permanere in bonitate, etiam permanere in modestiâ, cauere superbiam, non igitur permanētes illi, & stantes, quos timere iubet Apostolica cautio, sunt hypocritæ in Ecclesiâ latentes.

Pareus se oppugnat.

Sextus Syllogismus. *Qui naturales rami sunt, vere de radice viuunt: at*

Iudæi naturales erant rami, vere ergo de radice vixerunt.

Pareum Caluinus. *Non ergo illi tum infideles erant. Validissima ratio ad omnem præsidentiam retundendam. Nunquam enim Iudæorum reiectio in memoriam venire debet: quin nos horrore percellat, & concutiat. Quid enim illos perdidit? nisi quod ex supinâ securitate eius, quam adepti erant, dignitatis contemptum diuini iudicij induerunt? Illis non est parcitum, cum essent rami naturales.* Hæc Caluinus in com. de his verbis. Quid igitur vobis futurum est, ô Caluiniani, qui cum syluestres rami sitis, & extranei, ita insolescitis, vt iustitiam vobis in omni scelerum genere sartam tectam manere, quemadmodũ ratio naturalis in ebrietate manere solet, vltro gloriemini, iramque Dei cõtra vos irritetis?

Iustitia non habet se vt in ebriis ratio. Quod de Propheta, & rege Dauide exemplum allatum similitudine hominis ebrij comprobatur, non esse sobrij hominis ipsi vos existimare potestis. Id olim docuimus his verbis:

Hæc non similitudo, sed dissimile est, quod de ebrio proponitis exemplum. Ratio

enim,

enim, & intellectus humanus potentia substantialis animæ est, cuius vsum etsi ad tempus amittat homo, ipsa tamen ratio, hoc est potentia animæ non amittitur, quã diu homo est, & manet. Sed longe alia ratio est gratiæ Dei, fidei, & Spiritus sancti; quæ nõ substantiales partes hominis sunt, sed Dei dona sunt. Sicut igitur à Deo data sunt, ita amitti quoque posse, & reuera, adeoq. ipso facto amissa esse, sacra scriptura aperte testatur. Ne proiicias me à facie tuâ, & Spiritum sanctum tuum, ne auferas à me. Redde mihi lætitiam salutaris tui, &c. orat psaltes. Neque enim instar ignis subcineribus teguntur: sed prorsus exstinguuntur, & hoc modo amittuntur. Colloq. Momp. p. 464.

Responsiones Caluinistarum ad secundam instantiam Lutheranorum.

NOn est visum ad singula respõdere, quod putarent esse Sophismata à Catholicis accepta, quæ præteritione dissolui melius possunt. A Pareo recedunt cæteri.

ſunt. Hoc tamen effectum eſt, vt à Pareanâ interpretatione recederent, quâ verba Pauli, Sed time, &: Fide ſtas, de infidelibus intelligebat. Neq; enim ea opinio defendi poſſe videbatur. Beza initio monuerat Pareum, ſed is cũ diceret, ſe ſuæ interpretationis eſſe certum, nihil mouerat contumacem, nunc Caluinus ipſe, Imm. Tremellius, Franciſ. Iunius, cæteri reclamabant, vt vel conuitio hominẽ cogerent in turbam ſuam diſcedere. Time, dicebant Trem. & Iun. id eſt, *modeſte, & ſollicite reuerere*. Vehementius etiam Benedictus Aretius, & Cõradus Pelicanus perurgebant. *Radicem, & oleam bona Spiritalia eſſe aſſerebant, & externa, quibus exciderunt Iudæi.* Pelicanus, eſſe *fidem Abrahæ, gratiam Dei*, itaque tot conuitiis, clamoribuſque confuſus Pareus ſudabat, & contumeliæ inſolens, Synodo exiſſet, nî Bucerus ad ſolita conciliationum artificia ſe conuertiſſet, & ſuâ hanc reſponſionem auctoritate adornaſſet.

Primo quidem, ſi de ſententia Pauli ſerio controuertant, nolle ſe contẽ-

tio-

tioſum funem trahere, conſtare namque valde eſſe diuerſas de ſcripturarũ interpretatione, eruditorum mentes. Itaq; dare ſuos id communi concordiæ, atque amicitiæ, vt admittant, de fidelibus, verâque fide Pauli eſſe orationem inſtitutam.

Quod Pareus aliter ſenſerit, id ſe illi, vt fratri indulgere, interim dandum aliquid eſſe feruori, zelo, & vehementiæ, qua fit, vt dum nimium renitimur, in aduerſum ſcopulum impingamus. Ita Pareus dum nimium procellas, cautus horreſcit, littus iniquum preſſit. Rem conuenire poſſe, ſi dicamus Apoſtolum hortari eos ne ſuperbiâ elati, Iudæos contemnant, vtpote filios Abrahæ, naturaliter in ſanctitate natos, ſcilicet fœderali. Itaq; & nobis timendum eſſe, licet de ſalute non ſit dubitandum, τὸ φοβεῖσθαι enim opponi- *timor
tur non ſpei, ſed τῷ ὑψηλοφρονεῖν, ſcilicet *altum ſapere
ſuperbiæ. Manet igitur firmiſſima, certiſſima de ſalute πληροφορία, omni *certa perſuaſio
ἐποχῇ, & animi iactatione procul re- *dubio
motâ, quæ barathrum eſt, & inferni tormentum. Hoc etiam ipſe Pareus

docet, vt promptum à Pareo prouocare ad Pareum.

Pareus cõtra Pareũ. Eius namque verba ſunt Comm. in Rom. 11. 20. *Non ideo quia in alto ſtas, altum ſapere oportet, ſed contra timere: quia ex alto eſt præceps ruina. Verbum* ὑψηλοφρονεῖν, *altum ſapere, eſt animo efferri: Metaphora à ramis in alto ſtantibus. Contrarium eſt* ταπεινοφρονεῖν, *humiliter de ſe ſentire, hoc eſt agnoſcere ſuam indignitatem, & infirmitatem, dei donis non efferri, nec alios contemnere, quæ virtus dicitur* ταπεινοφροσύνη, *humilitas. Hanc præcipit, cum dicit,* ἀλλὰ φοβοῦ, *ſed time: nẽpe lapſum, & Deum.* Si veram humilitatem ſuadet, de fidelibus igitur, in quibus ſolis tam celſa virtus eſſe poteſt, ſermonem habuit. Si Pareus iudicat eos, ad quos ſermo Apoſtoli factus eſt, in alto ſtare, non igitur putat hypocritas, illi enim iacent in profundiſſimo.

Magno gaudio affecti, & beneficio ſibi videbantur, Vorſtius, Venator, Bertius, quod Pareum oppugnari palam audirent, iam dudum enim eum ſuſpectum habebant, Synodumque con-

contestati fuerant, Concordiæ nullã rationem iniri posse, nisi doctorum suorum in censendo nimiam peruicaciam, & tyrannidem retunderent.

Tertia Lutheranorum contra Caluinistarum solutiones instantia.

DEo optimo maximo gratias agimus toto pectore, qui aperuit oculos mentis vestræ, vt saltem in parte nobiscum sentiatis, fateaminique Apostolum sanctis, & fidelibus loqui, horribilemque textus sacri deprauationem condemnetis, quâ, *Fide stare*, Pareus dixit esse, *Iacere, infidelem esse, hypocritam esse*. Cum autem hac in rę plus valuerit apud vos clara veritas, quam quorundam dominari volentiũ potentia, atque audacia, speramus fore, vt in cœteris quoque rebus errore vestro deprehenso, ad nos accedatis. Interim quoniam meminimus, nec vobis excidisse putamus, Zwinglium,

 aliosq-

aliosque vestri erroris antesignanos anno 1529. in Colloquio Marpurgensi à Luthero, & Philippo, in Euangelio institutos hæresin abiecisse, postea tamen in pristinas tenebras esse relapsos, ne vobis id contingat, Deum precamur.

Crudus adhuc, sed admodum perniciosus in vobis error residet, vehementer enim admiramur ignorare vos naturam timoris, cuius ingenium est securitatem tollere, non igitur qui fide stat, simul & timere potest, & esse securus. Imperat fidelibus Apostolus, vt timeant, non igitur promittit fore, vt non cadant. Vbi metus est, non potest esse certitudo; quod cum timore tenetur, amitti posse intelligitur. Alia est conditio beatorum, qui norunt gloriam suam æternam fore, alia eorū qui mediâ viâ fluctuant, omni periculorum genere circumsepti.

Vbi metus ibi non est certitudo securitatis.

Neque vero timorem, hoc est modestiam, & reuerentiam solam, erga Deum præscribit, sed quid timendum sit, grauiter inculcat. *Ne forte nec tibi parcat, ne forte, & tu excidaris. Ne tibi con-*

contingat, quod factum est ramis naturalibus : Ne forte non permaneas in bonitate. Quod si Romani illi, Caluinistæ fuissent: sic responderent. Iubesne nos timere, & trepidare ne fidem amittamus? Non est illa delebilis, certi sumus exscindi nos non posse. Non sinit Deus superbire electos. Tua ô Paule oratio fidem penitus euertit, qui timet, ne fidem amittat, fidelis non est. Hæc illi si dicerent, Apostolum, vt nũc & vos facitis, oppugnarent. Aut enim timor ille ponendus est, si fides non potest amitti, aut si amitti potest, timor salutaris est retinendus. Concedere cogitur hoc ipsum Pareus, cum ait : *sed time : nempe Lapsum, & Deum.*

Denique promissioni salutis, conditio domandæ carnis apponitur, teste Caluino, nec Pareus dissentit, cum inquit. *Aliquando fortius, aliquando remissius, carnem edomant, quod si aliquãdo carnis violentia superentur : tamen nõ totaliter succumbunt, sed reluctantur, donec erigantur. Infallibiliter igitur ponitur conditio edomandæ carnis ante vi-*

tæ exitum. Quid igitur si qui carnem non edomant ante exitum vitæ? an fidem illi retinent? Nam fidei hic est actus. Vere credo, vere saluus ero, fidē indelebilem gero. Quid si cum ita fiduciatur, carnem non edomet? poteritne habere fidem sine conditione fidei, siue promissionis? Hæc vobis explicanda sunt, si speciem vllam fidei, aut promissionis firmæ retinetis.

Caluinianorum ad tertiam instantiam solutio.

GRatulatio vestra etsi amarulenta, & iniuriosa, non tamen nobis patientiam excutiet, nec vt modestiæ nostræ obliuiscamur, efficiet. Hoc præcipue molestum accidit, quod sententiæ nobis mutationem obiici videamus, cum semper ab expositione Pareanâ, quâ textum Apostoli deprauauit, abhorruerimus, neque .n. vnius, quamuis magni doctoris errore æstimari Synodus debet, multo minus tam notoria vnius deliratio omnibus, qui reformatæ religionis sunt, imputari.

tari. De colloquio Marpurgensi nihil est, quod Camarinam illam moueatis; neque enim nos in Zwinglij verba iurauimus, neque apud vos est Sacrosancta Lutheri auctoritas, à quo tot modis recessistis. Ad argumentum igitur respondemus. Propositio vestra est: *Vbi est timor, ibi nulla certitudo;*

In credentibus est timor,

Ergo Nulla certitudo.

Propositio falsa est, quia est Bellarmini, & Stapletoni.

Secundo, Vbi est timor seruilis, ibi non est vlla certitudo, sed vbi timor filialis, ibi est certitudo.

Tertio, Est fallacia non causę in minore. Iubemur timere non dubitando de gratiâ, sed vitando peccata. Pareus. dub. 17. in Rom 11. 20.

Quarta Lutheranorum instātia contra responsionem Caluinistarum.

CLarior, & ad nostram expressa mentem propositio hæc est.

Vbi-

Obiectum timoris casus, excisio.

Vbicunque est timor amittendæ fidei, in eo non est certitudo retinendæ, siue ille timor sit seruilis, siue filialis, at in credentibus est timor fidei amittẽdæ, ergo non est certitudo fidei retinendæ. Quid enim clarius est. Qui casum metuit, non est certus de perseuerantiâ. Qui pluuiam timet, non est certus de serenitate. At hi quos iam agnouistis esse fideles, timent ne non parcat, ne excidantur, malum igitur imminens horrent, excisionem, seueritatem, lapsum.

Quandoquidem vos distinctio filialis, & seruilis timoris oblectat, in eodem & nos exemplo persistamus. Patrem Abrahamum amore filiali diligebat Isaac, Isaacum Iacobus, hunc Iosephus, ingenuus erat, & filialis amor filiorum erga parentes, voluntas, & sollicitudo non offendendi, & metus tamen, ne quandoque offensio cõtingeret, quæ tamen quantumcunq; recta formido, satis erat vt certitudinẽ tolleret, quâ crederent, non vnquam se offensuros. Timoris igitur naturã, & ingenium penitus ignoratis, qui secu-

curitatem, & certitudinem aſcribitis timentibus. Omnis timor dubitationem habet, eſt enim opinio mali imminentis, quod iam adeſſe videatur. Qui enim certiſſimo perſuaſus eſt malo ſe futuro immunem fore, non metuit eius euentum.

Caluinianorum ad quartam Lutheranorum inſtantiam reſponſio.

D*Vbitare de conſeruatione fidei, eſt dubitare de eo, quod fides docet, imo eſt fidem non habere.* Itaque ſi dubitat, fidem promiſſioni non habet, & Deum mendacij arguit. Pareus dubio 17. in Rom. 11. 20. Sequitur vos inducere ἐποχὴν Academicam, & penitus eſſe infideles.

* ſuſtentationem ſententiæ.

Quinta Lutheranorum inſtantia contra reſponſionem Caluinianorum.

EXtra oleas plane hoc eſt. De naturâ timoris agimus, cuius obiectum

est malum imminens, seu quod incũbere videtur, is omnem securitatem, certitudinemque eius mali vitandi, quod timetur, euertit. Vos alio sermonem vertitis, vt nos infidelitatis arguatis. Quod nos, nostrosque principes censura vestræ superbiæ ad infideles redigit, pacem, concordiamque, & spẽ Synodi abrumpitis. *Quæ enim pars fideli cum infideli, quæ conuentio lucis ad tenebras, quæ Christi ad Belial?* Nostra enim confessio iam dudum nota est: Dubitamus enim an fidem, quam nũc veram habemus, aliquando tentatione victi simus abiecturi. Quî enim cõsiliorum Dei, & nostrarum in futurum tempus actionum possumus cognoscere rationem, quî esse securi possumus, quos Apostolica vox terrore cõcutit? Nec Deus mendax erit, si nos à fide deficiamus, sed nos infirmi, iniusti mendaces. Non sumus aut sanctiores, quam Pater noster Adam in suâ primogeniâ innocentiâ, nec fortiores eodem, quem nulla labes infirmarat, & tamen ille qui erat sine vllo peccato iustissimus, perseuerantiæ suæ certus non

Lutherani incerti de retinendâ fide.

non erat, cum enim ceciderit, nõ fuit vnquam certus se non casurum. Si vero certum se putabat, fallaciter se persuasum fuisse ruinâ suâ testatus est. Vos autem cum fateamini, & si negaretis, impudentiam experientia reuinceret, crebro dubitationibus, desperationibus, de Deo, de Christo, de Sanctis, de salute vos angi, atque vexari, quomodo fieri potest, vt fidem retineatis? Si dubitare de conseruatione fidei, est fidem non habere, vt dicit Pareus, quanto magis dubitare de Deo, de Christo, est fidem non habere? at huiuscemodi dubitationes in Sanctis suis esse agnoscit Beza in 1. Ioan. c. 1. 16. Fidem ergo vos habetis, si verum est dicendum, omnino nullam.

Solutio Caluinianorum ad quintam instantiam Lutherianorum.

NOs in sanctis, & iustis omnis generis peccata esse posse, & sæpe asserimus, omnes lapsus parti- cu-

Caluiniani dubitãt de fide, & Deo.

culares tam contra primam, quam secundam tabulam, cuiusmodi sunt: *dubitatio aliqua de Deo, de veritate scripturæ, de Christo, deque aliis ad cultum Christi proprie pertinentibus. Supersunt enim vitiorum eorum semina, etiam in regeneratis, adeo vt interdum horrificos fructus edant in ipso tentationis æstu: sicut in Iobo, Mose, Aarone, in Dauide denique.* Dubitare igitur de fide, de veritate scripturæ, de Christo, vt nos sancti interdum dubitamus in ipso tentationis æstu, non est fidem non habere, sed dubitare eo modo quo vos Lutheriani dubitatis. Verbi causa. Dubitat Beza, (ex eo enim doctrinam nostram describere libuit 1. Ioan. 1. 16.) an sit Deus? an vera Euangelia? an fuerit aliquando in terris Christus? pronunciare non audet, etiam tentationi succumbit, & statuit in corde suo scripturæ quædam esse falsa. Hæc dubitatio non excutit illi fidem, quia nō est peccatum regnans, nec vastans conscientiam, & ratio est, quia Beza nouit se electum esse, quia sanctus est, & sanctū se esse certâ fide credit, & peccata sibi à Deo

Verba Bezæ sunt.

à Deo non imputari propter Christũ: quamuis an Deus sit, & Christus, dubitet. Vos autem, si dubitatis, fidem promissioni non habetis, & Deum mendacij arguitis: Quia peccatum regnat in vobis. Fidem enim non habetis, quia quod fides docet, non creditis.

Sexta instantia Lutheranorum contra solutionem Caluinianorum.

DE πληροφορίᾳ, & fiduciâ vestrâ * quærimus. Vtrum illa cum de Deo, scripturæ veritate, Christo dubitatis, permaneat? Si dubitationibus illis cedit, necesse est vos fidem aliquando perdere, si dubitatio, & infidelitas eam animo non excutit, vere igitur fideles manent, etiam illi, qui de Deo dubitant, & veritate scripturæ, ac proinde de salute suâ, illa enim nititur Dei promissione, & promissionis diploma est scriptura. Non igitur nos infideles sumus, si de fidei conseruatio-

* salutis certitudine

ne dubitamus, quia vos fideles manere intelligitis, cum Deo non creditis, nec verbo eius.

> Caluinistæ Deo non credunt.
> * personarum acceptio.

Quod dubitationes in vobis negatis esse peccatum regnans, in nobis vero regnum exercere docetis, προσωποληψία est, vitiis vestris indulgentium, & aliena aspere censentium.

Docent vestrum multi, Sacros scriptores interdum memoriâ lapsos, interdum scientes volentes quædam præter historiæ veritatem tradidisse, ita enim de vobis testatur Vorstius *in responsione ad fratres*. Illa cum sentitis, dicitis, scribitis, vbi est fides vestra? an periit? Nonne sic Deum mendacij arguitis? & si in illis mendacem esse putatis, aut Deum, aut Dei ministros, sacrarum literarum scriptores, quomodo in salutis vestræ promissione creditis esse veracem?

Ad sextam instantiam solutio Caluinianorum.

VOs obstinati estis, & oppugnatis fiduciam nostram, quæ est certissima

sima

ſima. Porro vos fiduciam habere non poteſtis, qui de conſeruatione fidei dubitatis.

Septima inſtantia Lutheranorum.

NEc vos habere poteſtis fiduciã in Deo, quem eſſe dubitatis, quem veracem in ſcripturis eſſe negatis. De fide veſtrâ ſemper manente, mera imaginatio eſt. Itaque ne verbum quidem hac in re vobiſcum commutabimus. Scripturas ſequitur, & Sanctos Patres. Miramurque quod mirabatur olim Auguſtinus, ca. 8. de corrept. & grat. *Mirandum eſt, inquit, multumque mirandum, quod filiis ſuis Deus, quibuſdam, quos regenerauit, in Chriſto, quibus fidem, ſpem, dilectionem dedit, non dat perſeuerantiam, cum filiis alienis tanta ſcelera dimittat, atque impertitâ gratiâ filios faciat ſuos.* & c. 9. *Seruite domino cum timore, ne quando iraſcatur, & pereatis de viâ iuſtâ, non ait ne veniatis ad viam iuſtam; ſed ne pereatis*

ab illâ, ostendens nisi eos esse commonitos, qui non ambulant in viâ iustâ.

Caluinianorum responsio ad septimam instantiam Lutheranorum.

Nec Lutherani certi.

NOs iudicium committimus lectoribus. Hoc monemus non posse vos certos esse de salute, & electione vestrâ, nisi certi sitis fidem esse indelebilem, quis enim vos certos fecit amissam recepturos, si incertum est possessam retenturos? Tollitur igitur πληροφορία* vestra, & quemadmodũ veteres censuêre, omnia vobis in futurum sunt incerta.

* salutis certitudo.

Lutheranorum conclusio.

Nec Caluiniani.

MVlto minus vos certi esse potestis, cum tẽtationi succumbentes, conditiones fidei non impletis, cum de fide vestrâ dubitatis, certe qui de fide suâ dubitat, iuxta vestra decreta, fidem non habet. Infideles

les igitur, & hęretici cum ſitis, nos poſt tot monitiones vos merito deuitabimus, obſecuti præcepto Apoſtolico.

Caluinianorum concluſio.

NOs vero vos non modo, vt infideles, & hæreticos, (quia fatemini vos de conſeruatione fidei veſtræ dubitare, & dubitandum eſſe dogmatizatis) auerſabimur, ſed inſuper vt calumniatores orthodoxorum perſequemur. Atque in hunc modum agitata eſt theſis Lutheranorum, hicq; exitus fuit diſputationis, de quâ non dubito plures ab vtraque parte libros in lucem edendos.

Theſis Caluiniſtarum, & ratio.

SVpra admonui ex lege Pareanâ eodem tempore alternatim oppugnatam, & defenſam eſſe Theſim Caluiniſtarum, ſed perſpicuitatis cauſa, vt commodius rationum mo-

menta,& solutionum apparerent, seorsum vtramque posui. Thesis itaque Caluinistarum erat: Fides iustificans est omnino indelebilis.

Ratio: *Si fides non est indelebilis, non est certa fiducia:*
Sed est certa fiducia, Ergo
Est indelebilis.

Responsio Lutheranorum.

MAior est falsa. Nos Lutherani enim certissimam fiduciam habemus, fidem indelebilem, & iustitiam perennem nemo hominũ possidet, quandiu enim vitam hanc viuit, & peccando iustitiam, & non credendo, vel falsa credendo, fidem potest amittere.

Prima instantia Caluinianorum.

MAior probatur. Quia est plane ἀσύστατον, fidem esse persuasionem salutis, & esse delebilem, vt Pareus Rom. 11.20. dub. 17. docuit.

*non cõstat.

Re-

Responsio Lutheranorum ad primam instantiam.

NOn est ἀσύςατον. *constat

Secunda instantia Caluinistarum contra responsionem Lutheranorum.

QVi dubitat an fidem sit quãdoque perditurus, is quoque dubitat, an sit quandoque futurus infidelis: Qui hoc timet, is quoque, ne aliquando Deo efficiatur inimicus addubitat, quæ ἐποχὴ & anxietas aliam trahit, nescit enim an sit electus, necne? Timor de fide est etiam de electione. * dubitatio

Responsio Lutheranorum ad secundam instantiam Caluinistarum.

NOn sequitur priores dubitationes illa altera, dubitat an infidelitate aliisque peccatis fidem, &

iuſtitiam perditurus ſit, non dubitat, illa omnia ante finem vitæ ſe recuperaturum. Lapſurum ſe opinatur, ſed poſt lapſum aliquando reſurrecturum.

Inſtantia tertia Caluiniſtarum.

Receptio fidei incerta.

HOc pariter certũ eſt nobis, & vobis. Certiſſimos nos eſſe noſtræ ſalutis, & electionis. De hoc cõtrouertimus: Nos enim certiſſime ſcimus, vos certos non eſſe, ideoque Satanæ filios eſſe, niſi certi reddamini. Vos è contrario pari aſſeuerantiâ contenditis, noſtram certitudinem eſſe diabolicam, hinc fit vt plerique ſimus incerti, multi deſperabundi. Nunc igitur probandum eſt, neminem qui dubius eſt gratiæ retinendæ, poſſe certũ eſſe recipiendæ, cuius rei eſt validiſſima, & euidentiſſima ratio. *Quod nulli diuina ſcriptura promittit, eius nemo poteſt eſſe certus:*

At ſcriptura diuina nulli inimico Dei nulli infideli promittit certo gratiæ, & fidei reſtitutionem.

Nemo

Nemo igitur certus esse potest.

De promissione eâ loquimur, quę singulos certos reddit. Quæ namq; scriptura promittit certo, tu Luthere, tu Pacci, tu Schleidane, factus ĩfidelis, inimicus Dei, gratiam recipies? Si quæramus certumne, & exploratum sit vobis, nunquam vos illa, quæ nobiscum modo disputantes asseritis, negaturos, dicetis certum non esse, nã cras amissa fide, esse ĩfideles poteritis, quod hodie abominamini, Caluinistæ, imo Turcę, Iudæi, Ariani. Statuamus Turcas vos esse factos, nam fieri posse fatemini, an & tum certi eritis? & quomodo certi? Quæ scriptura Turcis singulis promittit certitudinem salutis?

Responsio Lutheranorum ad tertiam instantiam Caluinianorum.

SCriptura docet omnes, qui credunt, saluos fore, *Deus misit vnigenitum suum, vt qui credit in eum nõ pereat sed habeat vitam æternam.* Nos

credimus, vitam æternam igitur habebimus, interea peccare, desperare, Turcæ, Iudæi, Caluinistæ fieri possumus. Tandem tamẽ saluabimur, quia in viam redibimus.

Quarta instantia Caluinistarum.

ERratis, non intelligentes scripturas. Nam verborum quibus opinionem vestram stabilire nitimini, triplex potest esse sententia.

Primo, vt vitam æternam dicatur habiturus, qui aliquando crediderit, fide tamen deinceps excidat, atque ita infidelis saluetur, quod vtrique vt hæresin damnamus.

Secundo, Vt salus soli illi diuino promisso tribuatur, qui ita credit in filium Dei, vt fidem non interruptam ad iudicis æterni tribunal deferat, hunc talem nos solum saluari dicimus.

Tertio, Vt etiam illi salus non abiudicetur, qui fidem amiserit, si modo eã

ante

ante exitum vitæ recuperauerit, quod vos commune cum pontificiis, aliisq; habetis. Ita verba Christi hunc sensũ habent, ex vestrâ interpretatione. *Qui credit in filium Dei, vel perseueranter, vel certe vtcunque excidit fide, si eam receperit, habet vitam æternam.* Sit ergo illa propositio; cui singuli minorem adiungere hanc debetis, si vere fiduciã speratis At ego Lutherus, ego Philippus ita credo, vt vel perseueraturus sim in fide, vel recepturus amissam, saluus igitur ero. Nos huius assumptionis vel vnicum testimoniũ de scripturis quærimus, iota vnum, aut apex vnus si est in sacris literis, qui vel significet te Lutherum, te Philippum amissam fidem recuperaturum, herbam damus. Sed neque scriptura generatim hoc dicit: *Quicunque fidem penitus amiserunt, infallibiliter eam recipient.* Si enim hoc dicerent oracula Spiritus sancti, probabilis videri vestra posset argumentatio, hac formâ.

Quicunque fidem iustificantem penitus amiserunt, eam ante vitæ exitum recipient. Igitur & ego Lutherus, quan-

quam

quam fidem amisero, recipiam tamen antequam mortis me hora occupet. At propositionem illam multis modis scripturæ conuellunt, toties infidelibus, & peccatoribus exitium comminatæ, nec falso, & panico terrore solummodo impiorum corda percellũt sed verâ damnatione contumaciam puniet ille, qui non mentitur Deus. Verum nos hac probatione merito supersedemus. Omnes paruulos accipere fidem, & iustificari in baptismo creditis, nosque id inficiantes hæreseos crimine infamatis, iidem vero paruuli postquam ratione vti cœperint, atque ad ætatem boni malique cognitricem venerint, atrocibus sæpe sceleribus implicantur, ad Pontificios, & quod vos minime vultis ad *Caluinistas* (vt vocatis) *deficiunt*. Multi apud vos, Pontificios, & nos vere baptizantur, illi omnes fidem accipiunt, regenerantur, vt vestra est opinio, at pauci saluantur, quod scriptura docet, aut sane non omnes, cum multi regenerationis decorem sordibus peccatorum contaminent, pactam cum

Deo

DEO in baptiſmo fidem abrumpant.

Inter tot funera vitam amittentium, in tam numeroſa multitudine cœcatorum, fide orbatorum, in tantâ ſtrage tinctorum, & Spiritu ſancto illuſtratorum, & tamen deinde cadentium, & gehennę deſtinatorum, quomodo dicere poteſtis: *Omnes, qui fidem habuerunt, amiſſam recipient, & ſaluabuntur?* Aut ſi hoc dicere non poteſtis, vt ſane ſentire vos non putamus. Vnde certi eſtis, vos ipſos fidem recepturos, ſi eā amiſeritis? Cur non potius, vere, & conſentaneè ſcripturis argumentamini. Tot millia quondam vere credentium, vere iuſtorum, perdita fide, excuſſa iuſtitiâ, in omnem æternitatem iræ diuinæ obnoxia, ſine fide, ſine iuſtitiâ morientia in tartaro detinentur, igitur & mihi, ſi conſcientiâ ſuppreſſa à fide naufragauero continget, aut ſane ne contingat periculum eſt, cum nulla me ſcriptura communi hominū peccantium, & fidem amittentiam ſorte eximat. Concludimus itaque: Inter tot aceruos cadentium, non reſur-

Lutheranos omnino incertos eſſe.

ſurgentium, tot exercitus abeũtium, non redeuntium, forſitan & veſtræ ruinæ erectio, & abitioni reditus negabitur. Impoſſibile eſt igitur, vos eſſe de ſalute veſtrâ certos. Infideles igitur eſtis, & cum vos certos eſſe dicitis, mentimini, & eſtis hypocritæ.

Reſponſio Lutheranorum ad quartam inſtantiam Caluinianorum.

NOn venimus auditum conuitia, contumeliis Eccleſia Dei non ædificatur. Porro vos τρυγοδαίμονες de plauſtro loqui occipitis. Ad rem quod attinet, Perire iuſtitiam, fidemq; iuſtificantem, ſuccedente iniquitate, & apoſtaſiâ, notius eſt, quam vt vel idiotas eâ de re doceri oporteat. Quæritis igitur quod argumentũ habeamus noſtræ πληροφορίας, & certitudinis, ſi fides ſit euanida, & delebilis? & quæritis, quaſi ignari, quid vos noſtri doctores olim, licet ſine fructu docuerint. Nunc eorum verba repetemus, ſi forte

* poetæ peruncti fæcibus ora

forte in vobis aliquid efficere poterũt: ſunt Iacobi Andreæ in Collo. Momp. pag. 471. & pag. 473. qui Bezæ ex motibus internis, non ex baptiſmo certitudinem ſalutis ſumenti ſic reſpondit.

Quid autem in ſummis tentationibus fiet, quando eiuſmodi motus Spiritus ſancti, non ſolum non ſentiuntur ſed etiam cogitationes à Satana contrariæ inſpirantur, quę nihil niſi deſperationem minantur? quia enim horribiliter peccauerimus, ideo nullam gratiam à Deo nobis ſperandam eſſe. Vnde igitur firma conſolatio petenda erit? cum in Baptiſmo (ſecundum veſtram doctrinam) nullam conſolationem inueniat, quem docetis non certum teſtimonium adoptionis in omnibus eſſe qui baptizati ſunt, ſed in electis tantum, & occulto Dei decreto ad vitam ęternam ordinatis. Quomodo igitur talis conſcientia erigi poteſt? Si enim ad illos motus internos Spiritus ſancti remittatur, quos in ſe non ſentit, ſed contrarios: deſperatio augetur, non minuitur. Neceſſe igitur

est recurrere ad verbum, & ad Sacramenta, eaque pluris facienda sunt, quam desperabundæ illæ cogitationes. Si nos cor nostrum condemnat (inquit Ioannes) Deus est maior corde nostro; qui per verbum nobiscum loquitur, & agit, in baptismo gratiam adoptionis omnibus baptizatis contulit, & in eis obsignauit: In his consolatio firma quærenda est, vbi etiam certo inuenitur. Sicuti in Monomachia Dauidis cum Goliath videre licet; vbi Dauid omnem consolationẽ contra Goliath, & spem certissimam victoriæ in circumcisione posuit, quã in infantia acceperat. Quis est, inquit, hic Philistæus incircumcisus, qui probris afficit aciem viuentis Dei? Et iterum: erit igitur & Philistęus incircumcisus, quasi vnus ex eis qui ausus est maledicere exercitui Dei viuentis. Quasi diceret: hic Philistæus quia non est circumcisus, ideo apud Deum nõ est in gratia. Ego vero circumcisus sum: ideoque sum in Dei gratia: cuius adiutorium mihi certissimum est. Hac consolatione armatus Dauid, Goliath aggre-

aggreditur, & eundem prosternit, & obtruncat, quæ consolatio minime certa, & firma fuisset, si Dauid in ea opinione fuisset, quod per circumcisionem non in omnibus adoptatio facta esset. Idem prorsus de baptismo quoque nos dicere possemus: nullā in eo nobis consolationem relictam esse, & relinqui; si vera est vestra doctrina de baptismo, quod non omnes baptizati in filios Dei adoptentur. Neq; in summis illis tentationibus, ad illos internos motus respiciendum, sed Satanæ per baptismum insultandum, & huiusmodi verbis depellendus est: Recede à me Satan, nullam partem in me habes, qui in nomine sanctæ Trinitatis baptizatus, & vere in filium Dei adoptatus sum. Quod firmissima fide credendum mihi est, nisi totā Trinitatem mendacij arguere, & acceptum baptismum ociosam cæremoniam, & ludibrium fuisse, dicere velim. Qui (inquit Christus) crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit Mar. 16. c. Item Quotquot baptizati estis, Christum induistis Gala. 3. cap.

Quinta instantia Caluinianorum.

NVlla in baptismo certitudo, nulla in regeneratione fiducia. Si namque hoc argumentum valet: Baptizatus sum, igitur electus: Primo ad omnes baptizatos pertineret, niteretur namque illo axiomate: Omnis baptizatus electus: quod ostendit experientia falsum, tot baptizatis impie viuentibus, & morientibus. Signaculum baptismi accipiunt multi, efficaciam pauci. Nec Dauid se de circumcisione iactabat, quia circumcisus fuit & Saulus, nec minus Esau reprobus, quam Iacob electus fuit circumcisus, non facit electionis, & reprobationis discrimen, præputiũ, vel aquæ Cærimonia. Sed esto sane, sit ἀδιάστατος illa baptismi, & electionis ratio, non tamen esse potest fundamentum πληροφορίας, etsi enim moraliter vobis certum sit, in nomine sanctissimæ Triados tinctos vos esse, non tamẽ infallibilis est euidentia, cum solâ audi-

* Indiuisa

* certæ per suasionis de salute.

ditione habeamus nos eo Sacramento esse initiatos, plerique etiam in papatu, vbi non est Baptismus, quia non est Ecclesia, multi à priuatis, nonnulli à fœminis tincti sunt, quæ baptismata contaminationes, & profanationes sunt. Nulla igitur hinc potest certitudo peti. Quia vero Iacobum Andreæ citatis, nos non immerito Bezam illi opponimus, ille parte. 2. ad acta Coll. Momp. p. 64.

Homini enim de sua electione dubitanti, & nulla fidei testimonia in se sentienti, quodnam solatium afferrent ista? Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. *Nam è contrario sic colligeret, ego vero non credidi, itaque licet Baptizatus, saluus non ero.* Nam recte Augustinus in tract. in Ioa. 6. de Simone Mago loquens. *Baptisma,* inquit, *illi quid proderat? Noli gloriari de baptismate, quasi ex ipso salus tibi sufficiat.* & pag. 65. *Esto D. Andrea quod dicis? Fuerim baptizatus, & tunc adoptatus, cum tamen dicas firmam hanc non esse gratiam, sed ab eâ excidere me potuisse, vti sane excidisse me sentio, annon quod vnâ manu mihi videris tri-*

Ex illis verbis Qui crediderit & c. contrarium Beza colligit.

buere, alterâ mihi tutemet, eripis?

Responsio Lutheranorum ad quintam instantiam Caluinianorum.

AFfirmantibus vobis incumbit probatio. Esto, ne sit fiduciæ nostræ fundamentum Baptismus. Hoc sublato ne vos quidẽ certi quicquam habetis, nec pontificiis resistere vllo modo potestis. Itaque totam certitudinem proditis, & nostram oppugnando, vestram nullam esse docetis. Nec enim esse potest ex cognitione abyssi, quæ est in Consilio Dei, nec in Sacramentis vos admittitis, nulla est igitur.

Sexta instantia Caluinianorum.

CErtitudinem electionis, seu πληροφορίαν tenemus, non ex sacramentis, nec ex ipsius Dei abysso, sed ex fidei, & iustitiæ semel concessæ per-

perpetuitate. Porro de Baptiſmo rem eſſe certam à nobis probatum eſt, neque negare vos poteſtis, ſi dictis veſtris conſequenter loqui velitis. Iacobus enim Papa veſter, negat vllum pium patrem inter vos, qui quidem ſciat filium eſſe baptizatum, neſciat tamen eſſe adoptatum, & receptum in gratiã. Itaque ſimul cum baptizatum norũt, etiam in gratiam receptum eſſe, & adoptatum non ignorant, & tamen paulo poſt, p. *485*. negat *Scire ſe an vir bonus futurus ſit, nec putat opus eſſe hoc ſcire. Quoniam gratiam Dei in baptiſmo perceptam amittere poteſt, qui baptiſmum percepit.* Quibus ex verbis quid ſequatur vos animaduertitis. Si namque ideo ſcire, & prædicere non poteſtis, puerũ baptizatum in bonum virum euaſurum, quoniam gratiam Dei amittere poteſt, quam in baptiſmo accepit, neq; igitur tute ô Iacobe ſcire, & prædicere potes fore talem, quia gratiam, quam accepiſti, vel accepiſſe tibi videris, amittere potes. Neq; igitur ſcire, & p̃dicere potes te ſaluũ fore, ad hoc. n. opus eſt, vt vir bonus aliqñ efficiaris.

buere, alterâ mihi tutemet, eripis?

Responsio Lutheranorum ad quintam instantiam Caluinianorum.

AFfirmantibus vobis incumbit probatio. Esto, ne sit fiduciæ nostræ fundamentum Baptismus. Hoc sublato ne vos quidē certi quicquam habetis, nec pontificiis resistere vllo modo potestis. Itaque totam certitudinem proditis, & nostram oppugnando, vestram nullam esse docetis. Nec enim esse potest ex cognitione abyssi, quæ est in Consilio Dei, nec in Sacramentis vos admittitis, nulla est igitur.

Sexta instantia Caluinianorum.

CErtitudinem electionis, seu πληροφορίαν tenemus, non ex sacramentis, nec ex ipsius Dei abysso, sed ex fidei, & iustitiæ semel concessæ per-

perpetuitate. Porro de Baptiſmo rem eſſe certam à nobis probatum eſt, neque negare vos poteſtis, ſi dictis veſtris conſequenter loqui velitis. Iacobus enim Papa veſter, negat vllum pium patrem inter vos, qui quidem ſciat filium eſſe baptizatum, neſciat tamen eſſe adoptatum, & receptum in gratiā. Itaque ſimul cum baptizatum norũt, etiam in gratiam receptum eſſe, & adoptatum non ignorant, & tamen paulo poſt, p. 485. negat *Scire ſe an vir bonus futurus ſit, nec putat opus eſſe hoc ſcire. Quoniam gratiam Dei in baptiſmo perceptam amittere poteſt, qui baptiſmum percepit.* Quibus ex verbis quid ſequatur vos animaduertitis. Si namque ideo ſcire, & prædicere non poteſtis, puerũ baptizatum in bonum virum euaſurum, quoniam gratiam Dei amittere poteſt, quam in baptiſmo accepit, neq; igitur tute ô Iacobe ſcire, & prædicere potes fore talem, quia gratiam, quam accepiſti, vel accepiſſe tibi videris, amittere potes. Neq; igitur ſcire, & p̃dicere potes te ſaluũ fore, ad hoc. n. opus eſt, vt vir bonus aliqñ efficiaris.

Reſponſio Lutheranorum ad ſextam inſtantiam.

NOs dicimus (Coll. Momp. 483) hanc doctrinam falſam eſſe, & intolerabilem, quæ verbi Dei, & Sacramentorum vſum prorſus tollit, & conſcientiis tentatis omnem cõſolationem adimit. Nam conſolatio noſtra tota in verbo promiſſionis, & percepto vſu Sacramentorum poſita eſt. Si enim nihil conſolationis eſt in baptiſmo, vnde igitur veſtra eſt conſolatio, & fiducia, nunquid apud Parthos, Armenioſque latet? Fiduciæ veſtræ rationem oſtendite, vt reſpõdeatis Romanis, qui negant vllam vos habere, niſi improbiſſimam fiduciam.

Septima inſtantia Caluinianorum.

IAm dudum hoc dicimus: Æternam illam πρόθεσιν,* quæ eſt ſalutis electorum baſis, nunquam eſſe à nobis

* præordinationem

nobis in ipsius Dei abysso quęrendam, sed in ipsius patefactione, id est, in vocatione per verbum, & Sacramenta. Et quoniam externa illa vocatio, non est solis electis propria, multi enim vocati, pauci electi, sed ea demum, quæ est efficax, id est, per quam non illustratur tantum intellectus salutari veri Dei cognitione, verum etiam in volũtate creatur, quamuis non perfecte, tamen vere odium mali, vnde peccati fuga, & amor boni oritur, siue recte volendi, & faciendi studium. Idcirco in illâ periculosissimâ tentatione, ex hac veluti pyxide, verum illud nepenthe depromptum laboranti conscientiæ applicamus. Beza ad acta Coll. parte 2. p. 65. & 66.

Responsio Lutheranorum ad septimam instantiam Caluinianorum.

HOc Beza argumentum ipse sibi eripit, dextrâ panem, sinistrâ lapidem ostentans, hisce enim

verbis paulo post subiungit: *Misero igitur illi, ab illâ falsa, & Satanica conclusione depulso, suggerere mox consueui, quãuis externa per se vocatio, penitus pacandæ consciẽtiæ non sufficiat, maximum tamen esse illius aduersus satanam præiudicium, & pondus.* Si non sufficit, non igitur certos facit, nam præiudicium illud, & pondus bilancem assensionis non inclinat penitus, alternat enim in aduersam partem libra, & ῥοπῇ nutat. Itaque ex eo non nisi coniectura habetur, quæ vestro iudicio infirma est, nostro falsissima.

* momentum staterę

Octaua instantia Caluinianorum.

Certum signum electionis apud Caluinistas.

HVic incerto præiudicio, & ponderi non sufficienti, addimus aliud, quo ne fingi quidem potest aliquid certius. Quærimus enim ex illis qui grauissime tentati de salute dubitant: *Vtra grauius premat cogitatio, Iudicijne diuini apprehensio, an displicentia, quod tam benignum patrem offenderint.*

rint. Vtrumque inquiunt, & quidem istud posterius imprimis. Tum nos respōdemus: bono animo esto frater, salua res est. Quia certum est signum electionis, peccatum, quatenus est peccatum, odisse. Beza ad acta Colloquij.

Responsio Lutheranorum ad octauam instantiam.

CErto illo nihil est, nec fingi potest incertius. Quid enim si non sentiat odisse se peccatum quatenus peccatum est, sed pœnam sceleri debitam? Quid si nullum sentiat bonum motum? quam vos illi consolationem adhibebitis?

Nona instantia Caluinistarum.

TEntato homini dicēdum est, solem ortum esse, etiamsi nōdum ortus sit. Sicut enim nocte lux solis non videtur; Spes tamen eius certissima fieri potest homini, eum orituT 5 rum

rum: Sic etiam tentato homini dicendum: vt maxime ſol iuſtitiæ nondum ortus ſit, neque ipſe tales motus ſentiat; tamen hunc ſolem quoque oriturum, & ipſum ſenſurum aliquando tales motus, quos nunc non ſentiat.

Reſponſio Lutheranorum ad nonam inſtantiam Caluinianorum.

HÆc conſolatio in tentationib. nihil proficere poteſt; quoniam intentatus homo neſcit, ſed dubitat, an in numero electorum ſit, in quibus ſolum talis ſol exoriturus ſit, quodque Deus tales motus accendere velit. Cum igitur perpetuo dubitet, an ille ſol ei vnquam ſit exoriturus; in deſperationem certiſſimam venit, & miſere perit. Sicut Exempla eorum docent, quibus vera conſolatio propoſita non fuit, & in eiuſmodi tentationibus ſuccubuerunt. Quia ex tali doctrina nemo quiſquam vllam conſo-

ſolationem haurire poteſt, quia illi dubius fructus, & efficacia baptiſmi ſtatuitur, qui tantum in illis ſit gratiæ obſignatio, qui occulto Dei decreto ad vitam æternam ordinati ſint; aliis vero non, etſi eum quoque perceperint, de quibus Deus contrarium decretum fecerit.

Concluſio Caluinianorum.

NOs mendacia non docemus. Vos Anabaptiſtæ eſtis. Si enim excidere penitus à gratiâ & Spiritu ſancto poteſt fidelis, igitur opus eſt nouâ introductione, ſeu baptiſmo. Beza reſpon. ad acta collo. Mompel. pag. 86.

Concluſio Lutheranorum.

LVtheriani magnopere dolebant, theſin ſuam iam abſolutam eſſe, Caluinianam adhuc vrgeri, è medio itaque ſurrexit quiſpiam, Poëtam Laureatum eſſe ex habitu cognoui, qui abeundum eſſe dicebat. Feſtinare di-

discessum se cum suis Concordistis quod nuptiæ imminerent, pro quibus ipse, quia Epidalamium inchoasset, absoluere statuisset, non posse id in his turbis fieri: initium vero carminis hoc modo sonorare:

Ille Polycarpus Pastor prius ad stationem.
Palpat, & excelsum tempus habere cupit.

Epist. Cō cordist. Epist. Concordistarum. Hominis leuitatem indignatus Holderus, vt erat vehemens, acerque, vt qui Barros, & Sisennas equis præcurreret albis. Tace, inquit, neque Synodicæ sanctitati hæc nugalia interas. Cæteri quoque silete, vnicâ Caluinistas, interrogatione pisce mutiores reddidero, aut si responderint, omnium bipedum nequissimos demonstrauero. Quæro itaque

Quandoquidem Dauid in adulterio, & cæde sanctitatem, iustitiam, Spiritum sanctum retinuit; Vtrum vos pari modo, hæc retenturi sitis, si nos hac nocte nihil suspicatos mali, ad vnum omnes, à caluo inquam vsque ad caluum,

uum, contrucidaretis? Si Hugonotticis, & Belgicis, Bremēſibus, Palatinianis, Staffortianis in nos exemplis ſæuiretis? Si liberos noſtros inſuper mactaretis, ſi his denique calumnias, & mendacia adderetis, vt iure perditi videremur? Et ne forte ſæuitiem illam religionis prætextu obuelare poſſitis. Quæro, an ſi has fraudes, exilia, cędes, tormenta in fratres veſtros, cognatoſque, principeſque exerceretis, anne adhuc ſancti, iuſti, Spiritus ſancti retinentes vos eſſe arbitraremini?

Reſponderunt omnes: Iuſtos, ſanctos, Spiritu ſancto plenos arbitraremur, imo certiſſima certitudine ſciremus.

Cauſa vero euidens, quia non eſſet peccatum regnans, nec toto pectore hoc faceremus. Lutheriani vero vnamines orabant:

A tali iuſtitiâ, libera nos domine.

A tali Sanctitate libera nos domine.

A tali Spiritu ſancto, libera nos domine. Atque ita tum diſceſſum eſt.

CA-

CAPVT XXV.

Actio tertia, Dictæ ſententiæ.

HActenus diſputationes, diſcordiæ, & odiorum fomenta, quorum exitus ille fuit, vt pars vtraque ſe demonſtraſſe exiſtimaret, alteram non habere πληροφορίαν, ſeu fidem ſalutis, & electionis ſuæ habere non poſſe, de ſe vero, dubitabant plerique, probabilem duntaxat rationem de futuris arbitrati. Extrema experiri placuit, conuocare omnes, vt ſententiæ dicerentur, veneruntque promptiſſime, nemo enim erat tanto è numero, qui non ſuos certiſſime iudicaret eſſe victores, ſed neque quiſquam erat, qui partem victam, crederet ceſſuram victrici, quod facile ex toto diſputationis diſcurſu, & exitu colligi poterat. Omnia tamen tẽtare viſum, ne quiſquam concordiæ conciliandæ defuiſſe videretur. Initio itaque Caſaubonus huiuſcemodi orationem nomine Caluinia-

nianorum habuit. *In qua denuo de ſuorum voluntate, & animo teſtificatur, quod ſtudio pacis, & veritatis ad hanc collationem acceſſerint.* Quapropter plurimum dolere, quod pax, & concordia in controuerſis articulis conſtitui non potuerit, ſe autem de concordiâ, in controuerſo articulo faciendâ, non prorſus deſperare, Poſteaquam enim nunc ſe inuicem audierint, vtrinque de toto negocio, in timore Domini diligenter cogitaturos. Ipſos quoque dominũ inuocaturos, vt oculos vtrinque aperiat, & mentes illuminet, vt vtra pars erret, in viam redeat, & doceri ſe patiatur à Spiritu Domini (Collo. Momp. p. 566.) Interim rogare vt omnes bonâ fide ſententiam ſuam, ſine acerbitate dicat.

Tum Schleidanus pariter de ſuo ſuorumque collegarum animo, ac voluntate viciſſim teſtificatur, ipſis amorem piæ, ſanctæ, & Deo gratæ concordiæ nunquam defuiſſe, neque etiam vnquam per Dei gratiam defuturum. Ideo non minus ipſis, quam Bezæ, & fratribus eius ex animo dolere, quod in hac

hac collatione placida, & familiari de controuerſis articulis cõſenſus factus non ſit. Neque per ipſos ſtetiſſe, quominus fieret, cum prolixe teſtificati ſint, ſe ſimplici verbo Domini, omiſſa omni humana gloſſa, adhærere. Idem ſi ipſi facerent, iam iam, pia, ſancta, Deoque grata concordia conſtituta eſſet.

Neque aliam ad hanc conſtituendam viam eſſe, quam vt humanas ſuas opiniones abiiciãt: intellectum ſuum in his myſteriis, in obſequium Chriſti captiuum ducant, & ſe ſimplicitate fidei verbo Domini ſubiiciant. Et cum in collatione inſtituta probe intellexerint, quæ ipſorum ſententia de ſingulis articulis controuerſis ſit; & quod errores, quos D. Beza in ſuis ſcriptis publicis obiecerit, minime doceant, aut defendant, ſed eos in omnibus, & ſingulis controuerſis articulis aperte damnent, & deteſtentur, quo nomine tamen paſſim apud exteras Eccleſias, ſed falſo, traducti ſint cognita nunc, & demonſtrata eorum innocentia, ipſos quoq; de pia concordia nondum de-

ſpe-

ſperaſſe; de quibus omnibus vt D. Beza cum ſuis fratribus, & collegis diligenter cogitet, ipſos rogare.

Velle etiam ſe, ſuoſque pro eis Dominum diligenter orare, vt illis oculos aperiat, & ſuo ſancto ſpiritu mentes illuminet, vt veritatem videre, & ſe illi ſubiicere poſſint. Colloq. Momp. pag. 567.

His in hunc modum tranſactis, dictæ ſunt ſententiæ, non quidem ordine; neque enim ſeruari ordo potuit, ne quis alteri forte præpoſitus fuiſſe videretur, ſed prout vt quemquã feruor, aut ira rapuerat, inclamabat, neq; opus omnes recenſere, ſed inſigniores, quos alij clamore, & geſtibus approbarunt.

Lutherus dixit: Fides iuſtificans, & iuſtitia ſceleribus amittitur. in Epiſt. ad Gal.

Melanchthon dixit: Fides iuſtificãs cum peccatis mortalibus non manet. Locis communibus.

Iacobus Andreæ dixit: Fides hominis ſcelerati eſt fides dæmonum, imo eſt perfidia, non eſt igitur fides iuſtificans.

ficans. Ad acta Colloq. Mompel. Pareus dixit:

Fidem esse persuasionem salutis, & candem esse delebilem est ἀσύστατον.* in Rom. 11.21.

*contradictorium

Idem dixit: Habitualem fidem esse indelebilem, actualem delebilem nos docuimus ibidem.

Bertius dixit: τὸ Credere iustificat, quia acceptatur pro perfectâ legis impletione, ideo non videtur indelebilis, quia τὸ credere perit. in disceptatione Epistolicâ contra Sibrandum.

Osiander dixit: Dei essentialis iustitia nos formaliter iustificat, ideo fides siue maneat, siue non maneat, iustitia nostra est æterna.

Sibrandus dixit: Fides Metonymica, non proprie dicta iustificat, hoc est meritum Christi iustificat, hoc meritum est indelebile. In discept. Epist. contra Bertium.

Funckius dixit: Non iustificat nos sanguis Christi, nec meritum, sed defluxit in terram, vt pecudum atque altiuolātum cruor, aut si meritum Christi iustificat, iunge opera omnium Papistarum.

Venator dixit : Fides iustificat eo modo, quod docuit Concilium Tridentinum.

Beza dixit : Adulteri, & homicidæ, & regicidæ, & incendiarij, & blasphemi, & desperantes fideles sunt, & iusti, etiam cum ista quę dixi, scelera patrãt. Coll. Momp.

Hunnius dixit: Iniusti, raptores, adulteri, non sunt iusti.

Piscator dixit : Sunt vero tales iusti, quia Deus illa vult, iubet, cogit, procurat, nec tamen iustus esse desinit.

Philippus Nicolai dixit. Qui dicit iniustum esse iustum, vt dicunt Cingliani totum Catechismum in merum fel, & venenum vertit.

Salomon Finck dixit: Non est quæstio fundamentalis : *de reformatione Brandeburgicâ.*

Christophorus Pezelius dixit: Adeo fundamentalis est, vt Lutheranos non putẽ Christianos. Epist. ad Hermannũ Hammel. Alia alij dicebant, sed cũ omnes loquerẽtur, singula audire haud potui, cũ subito quasi ἀπὸ μηχανῆς exurgens coronâ laurea insignis, sceptrum ge- Facetum Consilium Frischlini. * ab æstro

gerens Nicodemus Friſchlinus; Ah quam difficile eſt ſatyram non ſcribere, clamat. &

* quam operoſum eſt, hunc non proſcindere cœtum.

ὡς ἀργαλέον πρᾶγμά ἐστι, τὰν σύνοδον ὀυ κωμωδεῖν.

Tanto tempore, vos tot, & tanti Theologi, de vnâ particulâ, & vnicâ, vnius particulæ ratione laboraſtis, nec profeciſtis hilum, nec concors decretum facere poteſtis. Me videte, en quã baſilice vos Concilio. Audite τὰν ἐντολὰν, & probate, ſic concordes eritis. Decretum igitur hoc conſtituo.

* præſcriptum

Fides iuſtificans, fides non iuſtificãs; fides habitus, fides non habitus, fides actus, fides non actus; fides τὸ credere, fides non τὸ credere; fides propriè dicta, fides non propriè dicta; fides meritum Chriſti, fides non meritum Chriſti; fides correlatiuum fidei, fides non correlatiuum fidei: Iuſtitia eſſentialis Dei, iuſtitia non eſſentialis Dei: Iuſtitia perfectæ impletionis legis vicaria, non vicaria. Iuſtitia quâ adulteri, & homicidæ ſunt ſancti, non ſancti; iuſtitia quâ iniuſtus eſt iuſtus, quâ non eſt iuſtus; fides quâ dubitans de Deo, ſcriptu-

pturâ, & Christo, est certus salutis, quâ non est certus; fides nixa baptismo, non nixa baptismo, fides certa ex motibus piis, non certa ex motib. piis, fides dubia ex tentatione, fides certa ex incerto argumento, fides non fides, fides iustorum, fides diabolorum, fides Christianorum, fides non Christianorum; est delebilis, non delebilis, amitti potest, & non potest amitti, amissa potest indubie recuperari, indubie non potest. Fides Lutherocaluinosiandrobertiosibrandopareana est, ἀσύςατος, nõ est ἀσύςατος. * non cõstat Hoc decretum à Synodo vehementer velim κυρωθῆναι, authenticumque reddi; hocque vt impetrem more Persarum flumen subeo, πῦρ ὕδατι μυγνύμενος, * ignem aquæ miscens. vt negare vos sit nefas, quod vetustâ cærimoniâ rogamini. Idque vobis omnino necessarium est, viuis loquar, si enim vos ô Caluiniani contra maiores vestros, eosque quos domi reliquistis collegas, scitum sciueritis Lutheranissans, nullus ad vestras vos Ecclesias manet reditus, actum est, nõ per illa vllã mutationem, sed esuriẽ, & exilium vobis decernetis, eadem cau-

sa est nostra, ô Lutheranioli mei. Ita nobis iudicandum, & concionandum est, vt sit quo focus splendeat, toga niteat, vxor ornetur, alantur liberi. Dixi.

Plessæus cum atrocia quædam ex patrum vultibus ominaretur, omnes dimisit, diligentius totâ de re cogitaturos, sed reuera, quod iurgia, & pugnas pertimesceret.

CAPVT XXVI.

Actio quarta, Synodi Catastrophe.

ALterâ die matutini se agebant, Casaubonus, Plessæus, Paccius, Schleidanus, necnon Melanchthon, & Bucerus, ad eos deinde venerunt Iacobus Andreæ, & Pareus. Beza etiam ad consultationem vocatus erat, verum literis ad Candidam scribendis occupatus interesse non poterat. De re vniuersa deliberabant, quid agerent, ne principes, qui magnas impensas in rem fecerant, merito offenderētur, ne sermonum materiam suis darent, ne Catholicorum risibus se exponerent. Præsides facile conuenie-

bant,& actores,nam Philippus se Plessæo, & Casaubono pro Cingliano clã venditabat, sed non audere propter Lutherum. Bucerus Paccio, & Schleidano se Lutheranũ esse affirmabat, dissimulare vero ꝓpter Tigurinos, interĩ monebat Bucerus hostes, ne Philippo crederẽt, & Philippus Bucerum apud Gallos calumniabatur. Omnium tandem ea fuit sententia, vt dicerent desperatâ pace Syncretismum instituendum, atque ad eam rem denuo conuocandam Synodum, in quam etiam Iacobus consensit, quod sciret id fieri non posse.

Horâ igitur octauâ ante meridiem postquam consedissent, Pareus perorare cœpit: pag. 344.

Theologos conseruos nostros per Deum rogatos volo sedatioribus paulũ animis apud se cogitent, quas porro causas litigandi nobiscum habere possint, & an non veritatem contra conscientiam oppugnare aut dissimulare pergentib. illud tandẽ omnino conueniet, q̃ Theodo. Philo. de principio litigãtib. ex timore Phliasio exprobrauit

Σχέ-

Σχέτλιοι ἄνθρωποι κἀκ' ἐλέγχεα, γαστέρες οἷον
Ποίων ἔκ τ' ἐρίδων καὶ λεξομάχων πεπλάνησθε
Ἄνθρωποι, κενεῆς οἰήσιος ἔμπλεοι ἀσκοί

Hoc est

Mortales miseri, probrosi, ventris ad instar
Quænam vos lites nugis pugnantibus vrgent?
O vtres, animi sensus quos implet inanis?

Si miseræ plebis tot polemicis hactenus irretitæ non miseret: si nulla prudentum mouet reuerentia, vel nõ terret superiorum auctoritas in terris: ad cœlum quæso animos tollant, vbi ipsorum, & noster Dominus moras diu non faciet, sed repente superueniet litigantibus, non de domini talentis augendis, sed de suis affectibus, loculisque explendis. Nonne quos ita inueniet res dissipare, conseruos verberare, his partem assignabit cum infidis? Quin igitur iũctis dehinc animis, studiisque familiam Domini, vos vestro, nos nostro loco in pace curamus, pascimus, ædificamus, vt impleatur domus eius? BEATOS eos, quos ita facientes inueniet; via coniunctionis para-

parata est. Si salebræ quædam apparebunt, planior quæratur, & monstretur via, qua incedamus priusquam aduentus Domini vniuersos comprehendat. Nam vt fur in nocte ita venturus est, die, quo non exspectamus.

Reges, Principes, atq; ordines Euangelicos vniuersos, & singulos, ea qua par est submissione, ac reuerentia obtestor, ne ob dissensionē de orali manducatione carnis Christi (aliæ enim controuersiæ tantum prætentæ sunt) diutius patiantur ouile Domini Schismate perniciosissimo lacerari, dissipari, vastari: Ecclesias suas, & Augustanam Confessionem tot modis deformari; hostium ludibriis, & calumniis propositam esse: tot infirmorum scandalis cursum Euangelij retardari, intercipi. Pericula sua, & posteritatis præsentanea, proprius obseruent, quæ ceruicibus omnium, hinc à Romano Antichristo, inde à Thracico Tyranno certo certius impendebūt, nisi Theologorum altercationib. ponetur modus: si tamen poni omnino vnquam poterit. Pax enim, qua conflagrabit

tandem Europa, erunt profecto irreligiosa de religione tum hæc, tum alia certamina. Adsunt Conciliationis, & pacis nostræ media, difficultates leues vel nullæ erunt, quæ nunc videntur insuperabiles: Si modo Regis Regum gloriam, & Ecclesię salutem serio quęrent, & promouere studebunt omnes. Hoc sanctum studium, non est quod dubitent, quin Deus omni benedictionum genere cumulatissime sit remuneraturus iuxta promissionem: Honorantes me honorabo.

Infida pax. Parei sermonem Grawerus excepit. Ad pacem vocamur: verum sub nomine pacis bellum latet, Deum inuocamus in animas nostras, & nos concordiam toto animo amplecti, sed veram concordiam, non fuco subdolæ pacificationis tectas insidias.

Errorum nobis conscij non sumus, certi doctrinam nostram veram esse: (*præfatione in absurda absurdorũ absurdissima, Caluinistica absurda*) Christi doctrinam, & quam illi fingunt Caluini πανάρμονίαν, veram esse διαφωνίαν, & ἀντι-

*consensũ omnium

ἀντιφώνησιν iamdudum probaui. *Tanta enim portenta, ac tot, & tanta absurda dogma Caluinianorum continet, vt quis merito miretur inueniri homines, qui illud propagare audeant. Nec illis per Calumniã hæc attribuo, quod cãdidus lector re ipsa experietur, vt illi nobis per impudentissimam Calũniam affingere & affricare solent.* Totam præfationem in absurda absurdorum prælegere parabat, sed conuitio, sibilis, strepitu Caluinistarum impeditus abrumpere dictionem est coactus. * discordiam, & contradictionem.

Orationem secuta quies & inter Lutheranos susurri, at Caluiniani mœstum silentium, contumaciæ symbolum μένεα πνέοντες tenebant. * furorem spirantes.

Stabat ad ostium aulicus quidam Palatinus; *& hæc est fraterna dilectio*, inquit? Tum Lutherus. *Valde nos Sacramentarij cum suâ caritate vexarunt, interim omni nos contumeliâ afficiunt, & pati nihil volunt.* Symposiacorum pag. 169.

Tum Philippus, vt Luthero subseruiret. Talem ait esse Campanum qui Mutuæ contentiunculæ

qui nunc ſtet iunctus Caluinianis, Man ſolt in an den liechten Galgen hencken. Luth. in Symp.

Hæc, vt inultus puer, ferret Campanus. *Lutherus*, inquit, *eſt mendax, & homo diabolicus. Quam certo Deus, eſt Deus, tam certo Lutherus, eſt diabolicus impoſtor.* Symp. 279.

Lutherus Cingliano perfuſus aceto liberas iræ permittebat habenas, os rabie tumebat, fera pectora anhelabant, & has tandem voces euoluit. *Impius vocatur, & eſt, qui Deum negat, quales ſunt Sacramentarij, nam eſſentiam, & vſum Sacramentorum negant, alij qui ſolum vſum negant, non impij, ſed in fide ſunt infirmi*, 279. fol. Symp. & : *Ah ſunt fanatica aſinina capita.* fol. 287. Et *Dæmon loquitur ex Marco Storck, & Carolſtadio Schvvermero*, fol. 287. *Sunt incorporati dæmones*, fol. 292. *Blaſphemia illorum tandẽ illis collũ franget.* Hęc magno ſpiritu Lutherus, & omnes ſuos de concordiâ fugiendâ monuit, atque hæc verba, credo in contemptum Gallorum, & Anglorum, germanico idiomate protulit.

Qualis amicitia.

Alle heuchler/vnnd ſchwermer ſchmucken ihre betrie-

betriegerey mitt dem schein/vnd vntermdeckel des Euangelii. Dan die Prediger zu N.N. wie anher geschrieben ist / die es mitt dem Zvvinglio halten Donnern/vnd schreyen feindtlich wider die Euãgelisten / vnd sprechen : Haltens wirs doch mitt Doctor Martin Luthern , vnd den Theologen zu Wittẽberg/die billigen vnser Lehr/ihr wisset nit/ was ihr an vnser Lehr straffet/vnd taddelt. Weil sie den in Gottes namen vnsere freundt nicht seyn wöllen / so seyn sie es in alle Teuffel namen / wie Iudas Christi feindt war. Sympos. 287.fol. Postquam hunc in modum Lutherus intonuit, largiter refuderunt Caluinistæ,dicentes : *Vt sonat in syluam, sic nos resonauimus extra.* Tossanus ergo, & Gryneus alternis respondebant,quod singuli Lutheriaco spiritui pares esse non possent. Tossanus: *Lutherani sunt Flacciani.* Grynæus: *Vbiquistæ.* T. *Osiandrici canes.* G. *Canes irritatores.* T. *Canes rapaces.* G. Vngestümme / vnbescheidene Prediger / grobe / halstarrige / auffrurische Prediger/ mit dem Flaccianischen/ Vbiquistischen geist eingenommene Prediger / vnruwige Predicanten/ gifftige Schlangen / Bachanten / Clamanten/ friedhässige Clamanten.

Vide pag. 369. & sequenti, de mutata religione in Palatinatu. *Iste vero Iacobus Papa Lutheranus* , dicebat idem Gryneus , *Spiritũ lagenæ in nos eructat:* in Apologiâ.

ficans. Ad acta Colloq. Mompel. Pareus dixit:

Fidem esse persuasionem salutis, & eandem esse delebilem est ἀσύστατον. in Rom. 11.21.

* contradictorium

Idem dixit: Habitualem fidem esse indelebilem, actualem delebilem nos docuimus ibidem.

Bertius dixit: τὸ Credere iustificat, quia acceptatur pro perfectâ legis impletione, ideo non videtur indelebilis, quia τὸ credere perit. in disceptatione Epistolicâ contra Sibrandum.

Osiander dixit: Dei essentialis iustitia nos formaliter iustificat, ideo fides siue maneat, siue non maneat, iustitia nostra est æterna.

Sibrandus dixit: Fides Metonymica, non proprie dicta iustificat, hoc est meritum Christi iustificat, hoc meritum est indelebile. In discept. Epist. contra Bertium.

Funckius dixit: Non iustificat nos sanguis Christi, nec meritum, sed defluxit in terram, vt pecudum atque altiuolãtum cruor, aut si meritum Christi iustificat, iunge opera omnium Papistarum.

Venator dixit : Fides iuſtificat eo modo, quod docuit Concilium Tridentinum.

Beza dixit: Adulteri, & homicidæ, & regicidæ, & incendiarij, & blaſphemi, & deſperantes fideles ſunt, & iuſti, etiam cum iſta quę dixi, ſcelera patrãt. Coll. Momp.

Hunnius dixit: Iniuſti, raptores, adulteri, non ſunt iuſti.

Piſcator dixit: Sunt vero tales iuſti, quia Deus illa vult, iubet, cogit, procurat, nec tamen iuſtus eſſe deſinit.

Philippus Nicolai dixit. Qui dicit iniuſtum eſſe iuſtum, vt dicunt Cingliani totum Catechiſmum in merum fel, & venenum vertit.

Salomon Finck dixit: Non eſt quæſtio fundamentalis: *de reformatione Brandeburgicâ.*

Chriſtophorus Pezelius dixit: Adeo fundamentalis eſt, vt Lutheranos non putē Chriſtianos. Epiſt. ad Hermannũ Hammel. Alia alij dicebant, ſed cũ omnes loquerẽtur, ſingula audire haud potui, cũ ſubito quaſi ἀπὸ μηχανῆς* exurgens coronâ laurea inſignis, ſceptrum

Facetum Conſilium Friſchlini.

* ab æſtro

gerens Nicodemus Friſchlinus; Ah quam difficile eſt ſatyram non ſcribere, clamat. &

ὡς ἀργαλέον πρᾶγμά ἐστι, τὰν σύνοδον οὐ κωμῳδεῖν.

* quam operoſum eſt, hunc non proſcindere cœtum.

Tanto tempore, vos tot, & tanti Theologi, de vnâ particulâ, & vnicâ, vnius particulæ ratione laboraſtis, nec profeciſtis hilum, nec concors decretum facere poteſtis. Me videte, en quã baſilice vos Concilio. Audite τὰν ἐντολὰν, & probate, ſic concordes eritis. Decretum igitur hoc conſtituo.

* præſcriptum

Fides iuſtificans, fides non iuſtificãs; fides habitus, fides non habitus, fides actus, fides non actus; fides τὸ credere, fides non τὸ credere; fides propriè dicta, fides non propriè dicta; fides meritum Chriſti, fides non meritum Chriſti; fides correlatiuum fidei, fides non correlatiuum fidei: Iuſtitia eſſentialis Dei, iuſtitia non eſſentialis Dei: Iuſtitia perfectæ impletionis legis vicaria, non vicaria. Iuſtitia quâ adulteri, & homicidæ ſunt ſancti, non ſancti; iuſtitia quâ iniuſtus eſt iuſtus, quâ non eſt iuſtus; fides quâ dubitans de Deo, ſcriptu-

pturâ, & Christo, est certus salutis, quâ non est certus; fides nixa baptismo, non nixa baptismo, fides certa ex motibus piis, non certa ex motib. piis, fides dubia ex tentatione, fides certa ex incerto argumento, fides non fides, fides iustorum, fides diabolorum, fides Christianorum, fides non Christianorum; est delebilis, non delebilis, amitti potest, & non potest amitti, amissa potest indubie recuperari, indubie non potest. Fides Lutherocaluinosiandrobertiosibrandopareana est, ἀσύστατος, nõ est ἀσύστατος. Hoc decretum à Synodo vehementer velim κυρωθῆναι, authenticumque reddi; hocque vt impetrem more Persarum flumen subeo, πῦρ ὕδατι μιγνύμενος, vt negare vos sit nefas, quod vetustâ cærimoniâ rogamini. Idque vobis omnino necessarium est, viuis loquar, si enim vos ô Caluiniani contra maiores vestros, eosque quos domi reliquistis collegas, scitum sciueritis Lutheranissans, nullus ad vestras vos Ecclesias manet reditus, actum est, nõ per illa vllã mutationem, sed esuriẽ, & exilium vobis decernetis, eadem cau-

* non cõstat

* ignem aquæ miscens.

sa est nostra, ô Lutheranioli mei. Ita nobis iudicandum, & concionandum est, vt sit quo focus splendeat, toga niteat, vxor ornetur, alantur liberi. Dixi.

Plessæus cum atrocia quædam ex patrum vultibus ominaretur, omnes dimisit, diligentius totâ de re cogitaturos, sed reuera, quod iurgia, & pugnas pertimesceret.

CAPVT XXVI.

Actio quarta, Synodi Catastrophe.

ALterâ die matutini se agebant, Casaubonus, Plessæus, Paccius, Schleidanus, nec non Melanchthon, & Bucerus, ad eos deinde venerunt Iacobus Andreæ, & Pareus. Beza etiam ad consultationem vocatus erat, verum literis ad Candidam scribendis occupatus interesse non poterat. De re vniuersa deliberabant, quid agerent, ne principes, qui magnas impensas in rem fecerant, merito offenderētur, ne sermonum materiam suis darent, ne Catholicorum risibus se exponerent. Præsides facile conuenie-

bant,

bant,& actores,nam Philippus ſe Pleſſæo, & Caſaubono pro Cingliano clã venditabat, ſed non audere propter Lutherum. Bucerus Paccio, & Schleidano ſe Lutheranũ eſſe affirmabat, diſſimulare vero ꝓpter Tigurinos, interĩ monebat Bucerus hoſtes, ne Philippo crederẽt, & Philippus Bucerum apud Gallos calumniabatur. Omnium tandem ea fuit ſententia, vt dicerent deſperatâ pace Syncretiſmum inſtituendum, atque ad eam rem denuo conuocandam Synodum, in quam etiam Iacobus conſenſit, quod ſciret id fieri non poſſe.

Horâ igitur octauâ ante meridiem poſtquam conſediſſent, Pareus perorare cœpit: pag. 344.

Theologos conſeruos noſtros per Deum rogatos volo ſedatioribus paulũ animis apud ſe cogitent, quas porro cauſas litigandi nobiſcum habere poſſint, & an non veritatem contra conſcientiam oppugnare aut diſſimulare pergentib. illud tandẽ omnino conueniet, ꝙ Theodo. Philo. de principio litigãtib. ex timore Phliaſio exprobrauit

Σχέ-

Σχέτλιοι ἄνθρωποι, κάκ᾽ ἐλέγχεα, γαστέρες οἶον
Ποίων ἐκ τ᾽ ἐρίδων καὶ λεσχομάχων πεπλάνησθε
Ἄνθρωποι, κενεῆς οἰήσιος ἔμπλεοι ἀσκοί.

Hoc est

Mortales miseri, probrosi, ventris ad instar
Quanam vos lites nugis pugnantibus vrgent?
O vtres, animi sensus quos implet inanis?

Si miseræ plebis tot polemicis hactenus irretitæ non miseret: si nulla prudentum mouet reuerentia, vel nō terret superiorum auctoritas in terris: ad cœlum quæso animos tollant, vbi ipsorum, & noster Dominus moras diu non faciet, sed repente superueniet litigantibus, non de domini talentis augendis, sed de suis affectibus, loculisque explendis. Nonne quos ita inueniet res dissipare, conseruos verberare, his partem assignabit cum infidis? Quin igitur iūctis dehinc animis, studiisque familiam Domini, vos vestro, nos nostro loco in pace curamus, pascimus, ædificamus, vt impleatur domus eius? Beatos eos, quos ita facientes inueniet; via coniunctionis para-

parata eſt. Si ſalebræ quædam apparebunt, planior quæratur, & monſtretur via, qua incedamus priusquam aduentus Domini vniuerſos comprehendat. Nam vt fur in nocte ita venturus eſt, die, quo non exſpectamus.

Reges, Principes, atq; ordines Euangelicos vniuerſos, & ſingulos, ea qua par eſt ſubmiſſione, ac reuerentia obteſtor, ne ob diſſenſionē de orali manducatione carnis Chriſti (aliæ enim controuerſiæ tantum prætentæ ſunt) diutius patiantur ouile Domini Schiſmate pernicioſiſſimo lacerari, diſſipari, vaſtari: Eccleſias ſuas, & Auguſtanam Confeſſionem tot modis deformari; hoſtium ludibriis, & calumniis propoſitam eſſe: tot infirmorum ſcandalis curſum Euangelij retardari, intercipi. Pericula ſua, & poſteritatis præſentanea, proprius obſeruent, quæ ceruicibus omnium, hinc à Romano Antichriſto, inde à Thracico Tyranno certo certius impendebũt, niſi Theologorum altercationib. ponetur modus: ſi tamen poni omnino vnquam poterit. Pax enim, qua conflagrabit

tandem Europa, erunt profecto irreligiosa de religione tum hæc, tum alia certamina. Adsunt Conciliationis, & pacis nostræ media, difficultates leues vel nullæ erunt, quæ nunc videntur insuperabiles: Si modo Regis Regum gloriam, & Ecclesię salutem serio quęrent, & promouere studebunt omnes. Hoc sanctum studium, non est quod dubitent, quin Deus omni benedictionum genere cumulatissime sit remuneraturus iuxta promissionem: Honorantes me honorabo.

Infida pax.

Parei sermonem Grawerus excepit. Ad pacem vocamur: verum sub nomine pacis bellum latet, Deum inuocamus in animas nostras, & nos concordiam toto animo amplecti, sed veram concordiam, non fuco subdolæ pacificationis tectas insidias.

Errorum nobis conscij non sumus, certi doctrinam nostram veram esse: (*præfatione in absurda absurdorũ absurdissima, Caluinistica absurda*) Christi doctrinam, & quam illi fingunt Caluini πανα[illegible]μονίαν, veram esse διαφωνίαν, &

* consensũ omnium

ἀντ-

ἀντιφώνησιν iamdudum probaui. *Tanta enim portenta, ac tot, & tanta absurda dogma Caluinianorum continet, vt quis merito miretur inueniri homines, qui illud propagare audeant. Nec illis per Calumniā hæc attribuo, quod cādidus lector re ipsa experietur, vt illi nobis per impudentissimam Calūniam affingere & affricare solent.* Totam præfationem in absurda absurdorum prælegere parabat, sed conuitio, sibilis, strepitu Caluinistarum impeditus abrumpere dictionem est coactus. * discordiam, & contradictionem.

Orationem secuta quies & inter Lutheranos susurri, at Caluiniani mœstum silentium, contumaciæ symbolum μένεα πνέοντες tenebant. * furorem spirantes.

Stabat ad ostium aulicus quidam Palatinus; *& hæc est fraterna dilectio,* inquit? Tum Lutherus. *Valde nos Sacramentarij cum suâ caritate vexarunt, interim omni nos contumeliâ afficiunt, & pati nihil volunt.* Symposiacorum pag. 169.

Tum Philippus, vt Luthero subseruiret. Talem ait esse Campanum qui Mutuæ contentiunculæ

betriegerey mitt dem schein/vnd vntermdeckel des Euangelii. Dan die Prediger zu N.N. wie anher geschrieben ist / die es mitt dem Zvvinglio halten Donnern/vnd schreyen feindtlich wider die Euãgelisten / vnd sprechen: Haltens wirs doch mitt Doctor Martin Luthern, vnd den Theologen zu Wittẽberg/die billigen vnser Lehr/ihr wisset nit/ was ihr an vnser Lehr straffet/vnd taddelt. Weil sie den in Gottes namen vnsere freundt nicht seyn wöllen / so seyn sie es in alle Teuffel namen / wie Iudas Christi feindt war. Sympos. 287. fol. Postquam hunc in modum Lutherus intonuit, largiter refuderunt Caluinistæ, dicentes: *Vt sonat in syluam, sic nos resonauimus extra.* Tossanus ergo, & Gryneus alternis respondebant, quod singuli Lutheriaco spiritui pares esse non possent. Tossanus: *Lutherani sunt Flacciani.* Grynæus: *Vbiquistæ.* T. *Osiandrici canes.* G. *Canes irritatores.* T. *Canes rapaces.* G. Vngestümme / vnbescheidene Prediger / grobe / halstarrige / auffrurische Prediger / mit dem Flaccianischen/ Vbiquistischen geist eingenommene Prediger / vnruwige Predicanten / gifftige Schlangen / Bachanten / Clamanten / friedhässige Clamanten.

Vide pag. 369. & sequenti, de mutata religione in Palatinatu. *Iste vero Iacobus Papa Lutheranus*, dicebat idem Gryneus, *Spiritũ lagenæ in nos eructat:* in Apologiâ.

Tum

Ludus, excepit Zacharias Riuander, iocúsque isthæc sunt, præ vt vos meremini, descripsi vos *in lupo excoriato meo*, quem vobis offero. Nam

Zacharias Riuander in Luxo excoriato.

Primo, Impij estis, gratiam Dei cõtemnitis, Christum dominatorem negatis.

Secundo, Somniatores estis.

Tertio, Blasphemi & irrisores verbi Dei, nam vocatis Deum nostrum panaceum Deum, & Deum pinsitum, nos carnis diuinæ voratores, & sanguinis potores.

Quarto, Solo naturæ instinctu sine fide agitis.

Quinto, De nostro lauti estis, & estis σπιλάδες, in quas dęmon omnes sordes suas effundit. Imo, vt bene dixit Lutherus, sordes, & stercora estis, quæ in Ecclesiis, & scholis magnam fætorem excitant.

* glarea inquam.

Sexto, Nubes sine aquâ.

Septimo, Arbores infrugiferæ, bis mortuæ, & eradicatæ.

Octauo, Fluctus maris.

Nono, Sidera errantia.

10. προσωπολῆπται, & superbi.

Personarum] acceptores.

11. No-

11. Nostrę Religionis subsannatores, vocatis enim nos ἀνθρωπομορφίτας, & Thyestas, Deum nostrum edilem, & potabilem.
12. Seditiosi estis.
13. Scandalosi estis.
14. Deus vester est Venter.
15. Doctrina vestra est inanis Philosophia.
16. Impia est doctrina vestra, & impia, quibus eam probatis, argumenta.
16. Scopum euertitis horum verborum: Hoc est corpus meum.
17. Hypocritæ estis, Angelicam sanctitatem præfertis, cum ne vnicam quidem guttam boni, & sinceri sanguinis habeatis.
18. Inflati estis sensu carnis vestræ.
19. Non seruatis fundamentum.
20. Adhæretis Spiritibus erroris.
21. Estis Doctores diabolici.
22. In hypocrisi loquimini mendacium.
23. Cauteriatam habetis conscientiã, adde, & tergum, & caput.
24. Neminem auditis, nemo vobis placet.

25. Eſtis auari, inſatiabiles Behrwölff/ Vrſilupi.
26. Ingrati.
30. Contumaces.
31. Libidinoſi, exemplo Bezæ id probatur.
32. Indomiti.
33. Iracundi, & vindictæ amatores.
34. Proditores.
35. Calumniatores, nam verba Dei arguitis mendacij.
36. Voluptatis amatores, non Dei.
37. Mulierculas captiuas ducitis, oneratas peccatis.
38. Semper diſcentes, nunquam ad ſcientiam veritatis peruenientes.
39. Homines reprobi ſenſus.
40. Hæretici, & Schwermeri.
41. Contumaces eſtis, quod efficit in vobis ipſiſſimus dæmõ. Tractatu de proprietatibus Caluiniſtarum.
42. Cum amici videmini, non eſt fidendum vobis, mox enim datâ occaſione efferamini.
43. Eſtis Caluiniani, ſacramentarij lupi, Infernales lupi, infernales canes.

44. Optarem omnes vos in mari esse, vbi profundissimum est.

Putabant iam finem Caluiniani, verũ Zacharias Riuander lupum suum excoriatum, quem contra Caluinistas cuderat, in medium produxit, & quadraginta tres, inter lupos, & Caluinistas similitudines producebat, nec prius silentium imponi sibi passus est, quam intervociferationes ipse stentoreâ voce clamans irrausit, quod cum sensisset, nec enim multa conantem dicere verba sequebantur, Lupum excoriatum omnibus legendum offerebat, mirificeque commendabat, & tacuissent omnes Caluiniani nisi Iacobus Grynæus (programmate Apologiæ) causam suscepisset, *Increpet te Deus Satan*, dicebat. Et (Apolog. p. 21.) *Tantum conuiciis, & mendaciis agitis ô Lutheriani.* Et p. 25. *O profligatissimam mentiendi audaciam, quæ fecit, vt sicut araneus ex se fingit, ita ille mendacia ex se proferat. Increpet autem te Deus Satan.* Et pag. 30. *Magis pestilens est vestra amicitia, quam inimicitia. Omnia maledictorum sputo, cænoque conspurcatis.*

Tum

Tum Pouchenius superintendens Lubecensis. Quid tu? Nonne vos bruchi, locustæ, Ciniphes estis, Ecclesiam Dei vastantes?

Et Iacobus Andreæ. Nonne vos Mangones, sutores, aromatarios, asellorum venditores, & similes quisquilias Ecclesiis præfecistis? consolatione cap. 20.

Et Gryneus (ibidem) nonne vos adulteros, & Ganeones, aliosque sub patibulo exauctorandos?

Grynæus, Vos Spiritu Antichristi duci, recte scripsimus, quia quæritis nos interficere.

Osiander, Non sumus in eâ sententiâ vt tanquam lupi interficiamini.

Gryneus. Nemo ignorat quomodo lupi tractandi sint.

Iacobus Andreę. Tu Gryneę es hypocrita, draco infernalis, homo ventri seruiens, & per blandiloquentiam alios seducens. Tigurini tui, perpetui sunt Ecclesiæ perturbatores, Caluiniani leuissimi homines, Epicuræi, Ariani, Nestoriani, Satanæ tradendi, Carnalissimi Capernaitæ, pag. 182. contra Haidelb.

Grynæus, Conclude de te, quod de nobis dixisti, & verum dixeris. Nam tu moribus es ardelio, doctrinâ Eutyches, vel ipsus Nestorius. Denique cum furiosis (quales vos estis) vel cum stercoribus nolumus in posterum certare.

Tum venit M. Vitus à Luthero missus qui diceret Lutheranis, *Sinite illos, Non modo mendaces sunt Caluiniani, sed ipsum mendacium* Epist. ad Iacobum præpositum.

Addebat de suo Vitus illa, quæ ex Eristicis Lutheri collegerat. Fugiendos Caluinistas, quod haberent Spiritum homicidalem, Spiritũ Schwermericum, Spiritum animæcidalem, Spiritum peccati doctorem, Spiritum efferum, seu insanientem, Spiritum peccati, Spiritum sectarium, Spiritum Melancholicum, infirmum, desperatum, mœstificum. Esse ipsum dœmonem, horrida, agrestia, conturbata capita habere. Tractare scripturas, vt sus gemmas, & vt sancta canes. Qui eos attendit, non Carolstadium, aut hominem alium, sed ipsum audire diabo-

bo-

bolum. Habere Spiritum mendacem, Spiritum miſerum, Spiritum infernalem. Eſſe ipſos inſaniores Papiſtis, plenos diabolis. Eccleſiam habere in harâ. Plura ex libellis illis recenſebat, præcipue ex eo, qui eſt contra cœleſtes Prophetas, non curabant Magiſtrum Vitum Caluiniſtæ, quem non admodum ſapere iudicarent, magis illos pupugit iudiciũ principum Germanorum proteſtantium, quod contra eos ex archiuo Saxonico protulit Leonardus Hutterus ardenter Lutheranus, id eſt, eiuſmodi.

Principũ Lutheranorum de Caluiniſtis iudicium.

1. *Zvvingliani ſunt hæretici, & homines, Apoſtatæ, ex verbo Dei, ſe nec inſtrui, nec moueri ſinunt.*

2. *Doctrina eorum eſt contra apertum, & falli neſcium Dei verbum, à tribus Euangeliſtis, & Paulo teſtificatum.*

3. *Zvvinglianos oportet vitare, nec neceſſarium, eſt, nec vtile, ob prætextum dilectionis, & ſpei de emendatione illorum cum illis tractare. Nam per publice edita ſcripta, non ſemel, aut iterum, ſed crebro moniti ſunt, & victi, & tamen in errore ſuo perſeuerant.*

4. *Animaduertitur, & videtur abominatio cordis, & conscientiæ eorum in eo, quod conentur diligenter, & magno labore errores suos speciosis, & selectis vestire verbis, vt simplices decipiant, vt clare perspicimus ex apographo articuli de cænâ Domini, quod legati N. N. proximis comitiis spirensibus protulerunt.*

Nouo nũcio exhilarati Caluinistæ.

Studiose ista à Lutheranis audiebantur, cum ecce de viâ anhelus adest Salomon Finck Berlino veniens, ostendit mandatum reformationis Brandeburgicæ, quod Caluinianum esse dicebant omnes, hortabatur Caluinianos bono animo essent, septemuiratum Bandeburgicum nostrum esse scitote, quæsitumque in turbâ Pareũ arctissime complexus est. *Age frater,* inquit, *Brandeburgios* quos c. 5. Irenici *Lutherianis adscripsisti, ad nostros transfer.* Eccum diploma reformationis, simillimum Casimiriano illi, quo possessionem Palatinatus adiuimus, noli amplius blandiri Lutheranis, Vnicum solum habent electorem, paucas vrbes & eas ipsas sensim ad nos senatoribus quibusdam & scribis non obscure fauen-

uentibus, inclinantes. In posterum, ô Lutheranì dicetur. Vogel iß/ oder stirb/ aut ede, aut morere, vt Staffortiani dixêre Pfortzheimensibus, im bericht von D. Peter Ebertz. &c.

Ortum inde silentium altissimum; Lutherani timore muti stabant; Caluiniani auiditate audiēdi mandati, taciturni ἐκκαραδόκησαν, animisque fauebāt. * Eo lecto ad solitas lites redituri erant, sed Caluiniani in signum lætitiæ tormenta bellica displodi, æra campana pulsari curabant, tantaque erant tonitrua, & clāgores, tubæque, & celeusmata, vt voces iurgantium maiore sono interciperentur, itaque mœsti Lutherani in diuersoriis latuêre, noctemque illam insomnem duxêre.

* exerto capite expectabant

Consternationi suorum mox Leonardus Hutterus alterum Aulopoliticum adornauit, hortatus initio, ne animis caderent, nondum constare de mente Illustrissimi principis Ioannis Sigismundi, practicas esse Caluinisticas, quales olim Peucerus, & alij in Saxoniâ inuenerunt, cū officiales principis, & ipsius Confessarij Caluinismum

inducere cepissent, vt ex actis constat. Scire se, quid Illustrissimus princeps parenti suo Ioachimo Frederico promiserit, Anno 1593. Hallæ in Saxoniâ, nõ excidisse illa animo, tenere se Chirographi principis copiam, quam si Caluinistis exhibeant posse eorum insolentiam comprimi, visum est itaque illud ipsum publice affigendum esse, vt Caluiniani insultare desinerent. Est vero tale:

Ich Johannes Sigmund / Margraff zu Brandenburgk / in Preussen Hertzog ꝛc. Bekenne mit dieser meiner Handschrifft / daß ich auß wolbedachtem muhte / dem Durchleuchtigsten Hochgebornẽ Fürsten / HERRE Joachim Friderichen Postulierten Administratori des Primats vnnd Ertzstiffts Magdeburg / Margrauen zu Brandenburg / zu Preussen Hertzogen / Meinem Genädigen vndt geliebten HERREn Vatter / mitt handt vnd munde / verheissen / ahngelobet vndt zugesagt habe / Thue auch solches in vnd mit krafft dieses Briefes / Daß ich bey der einmahl erkanten vndt bekanten Wahren Religion Göttliches Worts / dabey ich von jugentauff erzogen / als bey der Bibel / Prophetischen vndt Apostolischen Schrifften Altes vnd Newes Testaments / den dreyen bewerten Symbolis, Außpurgischer Confession, so Kaiser Carolo V. Anno 30. Vbergeben / vnd derselben Apologia, Schmalckaldischen Articuln / grosen vnd kleinen Catechismis Lutheri, vnd Formula Concordiæ, so sich drauff gründet besten-

bestendiglich bleiben vnd verharren vnd mich vom keinem Menschen dauon abhalten lassen / daß ich auch künfftig in Kirchen vnd Schulen/diesem zuwider keine verenderung machen / noch derentwegen einigen vnderthanen oder trewen Lehrer beschweren noch verfolgen / sonderen alles in ietzigem Stande/vnd einem ieden bey obberürter reiner Lehre/vngehindert bleiben lassen wil/vnd daß ich dem selben also gemeß mich erzeigen / vnd diese meine zusage vnd Gelübnuß halten will/Habe ich solches mit eigenen händen vnderschrieben. Geschen zu Halla/den 27. Ianuarij Anno 93.

Verterant & latine propter Gallos, & Anglos.

Ego Ioannes Sigismundus, Marchio Brandenburgensis, Dux Prussiæ, &c. Confiteor hoc meo Chirographo, me animo bene deliberato, Illustrissimo Principi, D. Ioachimo Frederico; Postulato administratori Primatus, & Archiepiscopatus Magdeburgensis, Marchioni Brandeburgensi, Duci Prussiæ, Cleměti & carissimo Domino Patri, scripto & voce promisisse, pollicitum esse, addixisse, vti & nunc facio in & cum vi harum literarum, me in semel agnitâ, & perspectâ Religione verbi diuini, in quâ à iuuentute educa-

ctis sum, nempe in Bibliis, Propheticis, & Apostolicis scriptis, veteris & noui Testamenti, tribus approbatis Symbolis, Augustanâ Confessione, quæ CAROLO V. Imperatori, anno 30. oblata est, eiusdem Apologiâ, Schmalcaldicis articulis, magno, & paruo Lutheri Catechismis, & formulâ concordiæ, quæ illis nititur, constanter mansurum, & perseueraturum, neque vt per vllum hominem ab his abducar permissurum. Neque me in futurum vel in Templis, vel in Scholis, his contrariam mutationem facturum, neq; eorum causâ vllum subditum, aut fidũ Doctorem persecuturum, sed omnia in statu quo nunc sunt, & vnumquemque in supra dictâ purâ Religione sine impedimento relicturum. Me autem consentaneè his acturum, meamque hanc promissionem ac pollicitationẽ obseruaturum propriâ manu subscripsi. Actum Hallæ 27. Ianuarij anno 93.

Cum ergo à iuuentute eam religionem perspectam habuerit, quis credat iam post annos 23. sententiam mutauisse? ita quidem Lutherani, sed in horas

ras

ras tabellarij aduolabunt, & literæ, quæ idem confirmabant, donec Lutherani omnes crederent, & domum quisque spectaret. Quamuis qui è Brandeburgicâ erant ditione exiguam reditus spē conciperent, ne sibi tamen deesse viderentur, hanc orationem recitandam omnibus ediderunt. Vide initium historię confessionis Augustanę. Vbi sic precantur.

Iam velut infausto iactatur turbine cymba,
Vt tumidis mergi sæpe putetur aquis:
Haud secus insani fluctu contunditur orbis
Turba sequens Christi cœlica castra Ducis.
Martia iam stygiæ iam tentant prœlia portæ,
Et cædes spirant, Eumenidumque faces,
Auspice CARLSTADIO, *tua verba tenacia veri*
Allatrant rabidi, maxime Christe, canes.
CINGLIVS *arma petens furioso Marte subiuit*
De cœna victor ferre trophæa Dei.
Postea CALVINVS *te Maiestatis honore*
Exuit, & vires derogat iste tibi.
BEZA *ducis miles stygij, tressisque* DANAEVS
Iam carnem cultu priuat vterque tuam.
VVOLFIVS *hostiles in te ferus asperat iras,*
More lupi raptas dilacerantis oues.
Insuper accelerant fatalem regna ruinam,
Sanguine Mars gaudet, noxia flagrat Eris.
Dux pietas, Themis alma comes, pax iuncta duabus
Imbutam vitiis pulsa reliquit humum.
Ardua tot rerum, vitæ lethique pericla
Intentant sponsæ tristia fata tuæ.

Ergo

Ergo te precibus, te votis iugiter ambit
Concio Sanctorum, dedita turba Deo.
Assere iustitiæ, cupidos, fideique tenaces,
Vt tua propugnent vindice castra manu.
Surge procellosos mundi compesce furores,
Vt tua maiestas pulset vtrumque polum.
Siste minas orci, tempestatumque procellas,
Et rege commissæ naufraga vela ratis.
Eripe degentes tenebris, & mortis in vmbrâ,
Vallis vt Elysiæ læta vireta colant.

CAPVT XXVII.

De iudice controuersiarum, & decreto Synodi post colloquium.

TAnto concordia est tentata tumultu, quanto bella cruentissima solent, neque enim animi, & coniurationes in mutua vulnera cædesque, sed arma, & audacia deerat, mulierçularum more conuitiis certabant, lætæ erant res Caluinistarum, afflictæ Lutheranorum amisso electoratu, & illi adhærentibus regionibus, Pareus occasione vtendum ratus, vt perculsos, & inclinatos plane prosterneret, præcipitaret, fugientibus instabat, la-

latentes producebat, aliquâ ſaltem in re conuenirent, vrgebat. Sed perſeuerabant in ſententiâ Lutherani, calamitas animos non fregerat, ſed cum medias in pugnas incidiſſet, iras efferauerat, quæ res Pareum etiam vehementius afflixit. *Num victi*, inquit, *fatentur?* Num exuti Brandeburgicâ ditione de pertinaciâ cedent? Quos ego? hęc meditantem, & torua tuentem alloquio tentat Iacobus Gretzerus, qui iam dudum aſtabat, & colloquij ſpectabat euentum.

Quid tu, inquit, mœres mî Dauid? quid τὴν καρδίαν δάκνεις; Quid in communi tuorum lætitiâ alternantem animum, nunc huc, nunc diuidis illuc, age, ediſſere, medela doloris eſt, querimonia permiſſa dolenti; magis æſtuat ignis, ſi tegitur. *cor mades

P A R E V S.

Dicam equidem mî Gretſere, te enim humaniorem Theologis illis latrocinantibus, & bilioſis eſſe noui.

Primo, vellem Synodicum decretũ fieri ſaltem in certis articulis, in quib. conuenimus.

Se-

Secundo, Peruellem decerni cæteras controuersias non esse fundamentales.

Tertio, Ciuilem constitui concordiam, & amicitiæ dextras vicissim dari, accipique, nimium quam opto. Verũ ea est Theologorum rabies, atque intemperies, vt omnis illos conuentus, omnis quamuis pacifica tractatio supra modum exasperet, ita vt magnopere horream, quas singuli, cum domũ venerint, scriptiones edituri sint, quas enim βωμολογίας deinceps exspectabimus, qui nunc tam hostiliter cõcurrimus? atque hoc mihi miserandũ ante omnia videtur, & deplorandum, eo venisse barbarie viros, qui sese Spiritu Christi profitentur regi, vt illis qui in acie pro vitâ, & sanguine depugnãt, inter cædes, & vulnera educati; sint truculentiores, vt iam crudelitas castrorum, & acierum in Theologorum musæa, & cathedras migrasse videatur.

* scurrilitates.

GRETSERVS.

Sunt vero illa Paree, & sunt in vtrâque huius Synodi parte, quæ donec in

Epi-

Epicureiſmum, vel Atheiſmum abeant, erunt ſemper ſibi infectiſſimæ. Sunt enim illæ duæ quaſi primariæ huius temporis hęreſes, & adultiores diaboli filiæ, de irâ magnâ, poſtquam is modicum ſe tempus habere videt, cõceptæ, genitæque, inter eas pacem cõciliare, eſt aquam igni permiſcere.

Nemo ex colloquiis conuerti-tur.

Circumſpice, quæſo te, tam multorum ex tam multis Eccleſiis collectorum, & ſelectorũ, vnanimem in odiẽdo conſenſum. Quiſnam eſt ex omnibus, qui ſe conuictum, imo qui non veritatem à ſe ſtare euidentiſſimum eſſe deieret? Quis non ſe iniuriam pati putat? Quis ex omnibus vnus vel vnum errorem ſuum retractare paratus eſt? Quis vllum conuitium fatetur nolle dictum? Vicena plauſtra libros, quibus iam nonaginta annos vos proſcinditis non ferrent, tu vnum eo perducas, vt vel vnum iota contumelioſum tollat.

Neque licitum eſt aduerſariis veſtris, niſi ſuos primates, ac principes calumniatores, furioſos, ſanguinarios dicere velint. Cum enim Lutherus in bre-

breuiore suâ confessione de Sacramē-
to, dicat: Ego qui alterum iam pedem
in sepulchro habeo, hoc testimonium
atque gloriationem hanc ad tribunal
Domini, ac liberatoris mei Iesu Chri-
sti perferam, quod fanaticos, & hostes
Sacramenti Carolostadium, Zwin-
glium, Oecolampadium, Stenckfel-
dium, eorumq; discipulos Tiguri, aut
vbicunque tandem sint loci, toto pe-
ctore damnarim, atque vitarim, iuxta
Lit.3. D. Pauli mandatum, Hæreticum
hominem post vnam, & alteram ad-
monitionem deuita, sciens, quia sub-
uersus est, qui eiusmodi est, & delin-
quit, cum sit proprio iudicio damna-
tus: sat sæpe, & grauiter etiam à me, &
compluribus aliis admoniti sunt, libri
in ipsos scripti publice exstant, & quo-
tidie in concionibus nostris blasphe-
miæ, & mendaci ipsorum hæresi re-
clamamus, quod minimè ipsos la-
tet.

Item ipsa me necessitas cogit, vt
nullius fanatici (quomodocunque et-
iam appelletur, Stenckfeldius, Zwin-
glius, Oecolampadius, Carolostadius,
aut

aut quicumque ſunt hæretici ἀϛλοφάγοι, βινοπόται id eſt Chriſti blaſphematores, & hoſtes) conſortium ſubiturus, aut literas, libros, ſalutationes, benedictiones, ſcripto nomen, aut memoriam ipſius intra pectoris mei penetralia, vllo vnquam tempore admiſſurus, viſurus, vel auditurus ſim. Item neceſſario memet ipſum pariter cũ ipſis in ipſiſſimum inferni barathrum præcipitarẽ, ac damnarem, ſi cum ipſis vel conſenrem, vel coniunctionem cum eis colerem aut ad gloriationes illorum ſilerẽ, ſi forte meam neceſſitudinem allegarent aut iactitarẽt. Taceat ad iſta Diabolus, & ipſius genetrix, ego vt hoc faciam nunquam in animum adducam meum.

* panniuori, vinipotę

Cum hęc vnquam moriturus canat Lutherus, & pene Reginam illam imitetur, quæ odia que teſtamento legat:

Tum vos ô ſocij ſtirpem, & genus omne
futurum
Exercete odiis: cinerique hæc mittite
noſtro
Munera: nullus amor populis, nec fœdera ſunto.

Exoriare aliquis nostris ex ossibus vltor,
Qui face Cingliadas, ferroque sequâre Colonos
Nunc, olim, quocunque dabunt se tempore vires,
Imprecor arma armis, pugnent ipsique nepotes,
Littora littoribus contraria, fluctibus vndas.

* natiuè Quid γνήσιος*, Lutheranus, vt isti loquuntur, Lutherum suâ mititate arguere audebit? Multo minus id in principes tentabunt, quos eodem feruore persecutos constat aduersam partem, quo Lutherus ipse.

Tute ex te coniecturam facito, an Caluinum, Bezam, Vrsinum, Tossanum, Zanchium, cœteros damnabis, vt Lutherianis comis, & mitis videâre? Et si tu hoc facias, quem ex tuis habebis imitatorem, imo, quem non feceris inimicum? Stulto igitur labore cõsumeris. Non perficies quam moliris amicitiã, πρὶν δὲ δύο ἐχῖνοι ἐς φιλίαν ἔλθοιεν ὁ μὲν ἐκ πελάγους ὁ δὲ ἐκ χερσοῦ. Prius duo Echini in amicitiam coeant, marinus,

&

& terrestris. Sed hæc missa faciamus, aliud est, quod tecum disquirere est animus, vt mihi scilicet, finem, atque propositum tantorum laborum, sumptuumque exponas, tota namque vtilitas Synodi in vero iudicio de controuersis articulis ferendo consistit, quis igitur Iudex est?

P A R E V S.

Quasi vero id nos parum diserte in Irenico nostro exposuerimus, cap. 10. Verba nostra sunt : *Ecclesia non habet potestatem condendi leges de religione, agnitione, & cultu Dei, sed alligata est ad verbum Dei traditum in scripturis propheticis, & Apostolicis : Vnus est Magister vester, qui est Christus. Est ergo supremus in Ecclesiâ iudex, verbum Dei.*

G R E T S E R V S.

Verum hic difficultas obiicitur : cum vtraq; pars dissentientium contendit, hunc iudicem pro se iudicare, hoc est, verbum Dei stare à se; quis pronunciabit, & vnde constabit vtra pars cum scripturâ consentiat?

P A R E V S.

Ad hanc etiam quæstionem, quam

meis verbis proponis, responsum habes in Irenico c.10. pag. 52. *De hac quæstione pronunciandi Auctoritatem supremam Papa sibi arrogauit: alij aliis vendicant. Sed reuera si hominum arbitrio hic standum est, homines supra Deum, & verbum Dei collocantur. Scriptura vero tantum prætextus erit, quo illi suas opiniones, & placita obtrudant mundo. Interea tamen, cum scriptura tantum contineat regulam veritatis simplicem, & generalem, non applicatam, & restrictam ad exempla, ad speciem, ad indiuidua, hoc est, non exprimat nominatim hicne an ille, Lutherusne, an alius recte sentiat: hæcne oratio: Corpus Christi est in pane, est vbique: an vero illa: Corpus Christi non est in pane, non est vbique: cum sententia scripturæ congruat: necessarius est etiam iudex inferior, seu ministerialis, cuius officium est Axioma, seu maiorem propositionem Syllogismi iudiciarij, quid rectè quid non rectè secundum scripturam doceatur, exprimentem, non suo arbitrio constituere, aut scripturæ tribuere, sed ex ipsa scriptura sumere: Minorem vero ab hominibus dogma aliquod siue verum, siue falsum asseueran-*

Iudicis Inferioris officium.

rantibus accipere, atque ita conclusionem necessario consequentem adiungere, seu voce, & confessione sua exprimere.

GRETSERVS.

Audio ſane & hæc tua, & diſputationis agitatæ vices; pars vtraque pro cauſa ſuâ ſcripturam vſurpat, & manifeſtam vt ait, ſcripturam, cum autem quæ dicuntur ἀντίφασιν habeant, non poteſt niſi ab alterutrâ ſtare veritas, & cum veritate ſcriptura. *contradictionem

Dic igitur cuius hoc erit iudicium. Veritatem, & quod idem eſt, ſcripturã à vobis ſtare, Lutherianis contradicere? Exemplum dabo. In dicaſterion ſpirenſe iure manus conſertum veniunt Titius, & Caius, Pandectas, codicem, nouellaſque, & receſſus imperij in rem ſuam facere Titius affirmat; ſua eſſe omnia legũ præſidia iurat Caius, nihil hic vtriuſque clamore agitur niſi iudex ſedeat, & λόγον Titij τὸν ἥττονα, Caij τὸν κρείττονα pronunciet, vt Titius cauſa cecidiſſe ſe, Caius viciſſe certo, atque euidenter agnoſcat, quam diu enim legibus allegandis laboratur, res in occulto manet, & incerta eſt iudicis

De iudice controuerſiarum.

* Titii cauſam victam, Caium vincere.

ſententia, nec certa mens eſt legum contendentibus.

PAREVS.

Nonne dixi opus eſſe iudice miniſteriali, qui dicat: Hæc ſententia conuenit cum ſcripturâ, illa diſcrepat?

GRETSERVS.

Intelligis profectò quanto præiudicio cauſam tuam graues, atque affligas. Si enim ſcriptura non exprimat nominatim: *Hæcne oratio: Corpus Chriſti eſt in pane, eſt vbique: an vero illa: Corpus Chriſti, non eſt in pane, non eſt vbique: cum ſententiâ ſcripturæ congruat* : Ita enim tu ſentis c. 10. pag. 52. verba enim tua tibi profero, non igitur ſcriptura nominatim exprimit, Fides eſt delebilis, Vel, fides nõ eſt delebilis. Rectè igitur, tuo quidem iudicio, ſi tibi conſtas, in Colloquio Ratisbonenſi pag. 110. contra Lutheranos ſum argumentatus.

Stamus ego & collegæ, & Domini aduerſarij in conſpectu huius Iudicis (Bibliorum) & contendimus, an ſit Iudex controuerſiarum. Iam ille iudex debet pronuntiare ſententiam, vt nobis conſtet euidenter; ſumus hic in con-

conſpectu ſacræ ſcripturæ, & Sancti Spiritus, pronuntiet ſententiam: Et ſi dicat, Tu Iacobe Gretſere male ſentis, cecidiſti cauſa, tu Iacobe Hailbrōnere viciſti, tunc ego ſtatim tranſibo ad veſtrum ſcamnum, adſit, adſit, adſit, & condemnet me.

Si enim non exprimit nominatim ſcriptura, hicne, an ille, Lutheruſne an alius recte ſentiat? Hæc an illa oratio cum ſcriptura congruat? neque igitur nominatim exprimit: Hunniuſne, an Gretſerus recte ſentiat? Cur igitur in comm. Rom. 11. v. 22. me tam habuiſti inclementer, cum ego damnatum me negarem, & idem tu quoque nunc aſſeras? Ego enim iudicem quærebam, qui diceret: Erras Gretſere, ſola ſcriptura iudex eſt controuerſiarum omnium, id tu tum mihi vitio vertebas, nunc negas id ſcripturam dicere, & alium illi iudicem adiungis, recte inquā facis, & Ioue iudicas æquo. Nam controuerſia erat: anne vera hæc oratio: Sola ſcriptura eſt Iudex: An illa: Sola ſcriptura, non eſt Iudex? Huius controuerſiæ iudicem miniſterialem a-

gnoſcis ; & negas eam à ſcripturâ decerni, iudicarique. Ad eam quæ inter vos actitata eſt controuerſiam hæc tua documenta applicemus.

Syllogiſmus tuus eſt.

Dona Dei ſunt ἀμεταμέλητα, *ſine pænitentiâ*
Fides eſt donum Dei,
Fides igitur ἀμεταμέλητος, *ſine pænitentiâ.*

Et ille.

Dona Dei ἀμεταμέλητα *ſunt indelebilia.*
Fides eſt donum Dei ἀμεταμέλητον
Fides igitur eſt indelebilis.

Hanc maiorem propoſitionem, non exprimit ſcriptura clare. Nuſquam enim dicitur in ſcripturâ. Donũm Dei quod eſt ſine pœnitentiâ, eſt indelebile. Tuus tamen iudex id ait eſſe ſecundum ſcripturam. Homo igitur eſt, qui docet hoc congruere cum ſcripturâ, contrarium à ſcripturâ damnari, & homo eſt, qui aſſerit, hanc interpretationem ſe non *ſuo arbitrio conſtituere, aut ſcripturæ tribuere, ſed ex ipſa ſcripturâ ſumere.* Contra dicit iudex Lutheranus; dona Dei ἀμεταμέλητα, eſſe delebilia itaque ſe ex ſcriptura ſumere τὸ ἀντιφατικὸν,

* contradictorium

λικὸν, nec ſuo arbitrio, ſed ex ipſa ſcripturâ. Iudicia igitur hæc humana ſunt. Gloſſa hominis, eſt tui iudicis arbitriũ, cui pari auctoritate gloſſa hominis alterius contradicit, arbitrium ſcilicet iudicis Lutherani. Inter hos igitur iudices res agitatur, & quæ ſit ſcripturæ mens quæritur. Non illa igitur ſola iudicat. Sed gloſſa iudicis.

PAREVS.

Sed gloſſa ex ſcripturâ ſumpta eſt.

GRETSERVS.

Vide quam tenuiter hoc κρησφύγετον causſam malam tegat. *Gloſſa iudicis ex ſcripturâ deſumpta.* At quomodo ſcis hãc, non illam ex ſcripturâ ſumptam? Non enim idem ſcriptura dicit, & gloſſa; Scriptura enim non dicit: Fides eſt, indelebilis; gloſſa aſſerit eſſe articulum fidei. Nunc igitur dic: an gloſſæ non minus credere tenear, quam ſcripturæ? Si aſſeris, non eſt ſola ſcriptura iudex omnium controuerſiarum. * Creſſum effugium.

PAREVS.

Gloſſæ quæ ex ſcripturâ ſumitur credere teneris, non minus, atque ipſi ſcripturæ.

GRETSERVS.

Quid si dubium sit, hæcne, an illa glossa sit ex scripturis sumpta?

PAREVS.

Rationes vtriusque partis consules.

GRETSERVS.

Rationes? mî Paree. An vero rationibus credere teneor, vt scripturæ? & si illis teneor credere, vbi nunc sola scriptura αὐτάρκης sufficiens, & sola iudex, si glossis, & rationibus humanis velut additamentis in suo vtitur iudicio Ecclesia? Deinde cur me humanis astringere voles discursibus, errabundis, & cœcis? Si illis credere non teneor, nihil certi ex Synodo tam vastâ concludi poterit. Humana sic omnia, incerta & vereor, vt falsa.

CAPVT XXVIII.

De periculo falsi decreti Synodici cauendo.

PAREVS.

DE periculo illo satis cap. II. cautum est à nobis. Quod cum absit

cer-

certum erit, & minime fallax Synodale decretum.

GRETSERVS.

Periculum ingens, fructus omnino nullus. Illud quidem & tu Paree prospexisti, cum vero cauere te posse putas, frustra es. Nam primo Lutherani pari numero, potestate, auctoritate esse volent, & sane debebunt, quo sunt vestrates, cur enim deteriore sint conditione? itaque credibile est dimidiam partem Synodi contra tuos esse iudicaturam, quibus si nonnulli ex Caluinianis accedant, iam maior pars, quæ vincet, erit deterior, vt tu putabis. Quod si quæstio de prædestinatione, peccatiq; causis īstituatur, molles Caluinistæ â rigidis factâ secessione cum Lutheranis stabunt, Caluino, Bezæ tibi dicent anathema, vix pars decuma sentiet cum vetustis sectæ vestræ primipilis. Quantum ergo periculum imminet Caluinismo?

PAREVS.

Imaginarium est hoc non verum periculum. *Neque enim vlla fraus erit in Synodo, vllaue vis. Secundo, viri docti erunt,*

runt, quibus haud facile falſa perſuadebuntur. Tertio diſputationes perſequi oportebit, vſque ad veri, & falſi euidentiã. Nullum igitur periculum. pag. 57.

GRETSERVS.

Vt nulla ſit fraus inter tam infeſtos, certe non deerit fraudis ſuſpicio. Deinde vos fraudis accuſant Lutherani Haidelbergenſes exules, nam pag. 91. *relationis de mutatâ religione in Palatinatu*, contra datam fidem, & iuſiurandum veniſſe vos affirmant. Secundo, ſuſpectos vos fecit ipſe veſter defenſor Grynæus, in eadem relatione, nam p. 202. cum Côllenus obieciſſet, Bucerũ ſubſcripſiſſe formulæ Wittenbergenſi Anno domini, 1536. de manducatione indignorum. Reſpondet Grynæus: id eum pacis cauſa feciſſe, literis ad Baſileenſes datis contrarium docuiſſe. Quid ſi omnes Caluiniſtæ pacis cauſa Lutheranis ſubſcriberent, deinde cõtraria traderent, an crimẽ ſtellionatus, quod Bucero obiicit Côllenus committerent?

Tertio, Marbachius in theſibus Gry-

Grynæi fraudem nefariam notauit, omnes enim adeo tenebricosas, & lubricas esse, vt vtraque pars sub illis latere, & aliter loqui, & sentire possit, in eadem relatione pag. 206. & 211.

Quarto, De violentiâ non inferendâ securos quis faciet Lutheranos? Meminerant in ipsa Haidelbergensi disputatione, actu quarto publice è cathedra pronunciasse Grynæum: omnes Lutheranos qui theses eius oppugnassent, nominatim prouocati, dignos esse qui in carceres detruderentur, quid si idem nunc iudicarent Caluiniani? Theses Caluinistarum lubricæ.

P A R E V S.

Sine metu sunt, pares enim erunt, numero, potentiâ, cœterisque.

G R E T S E R V S.

An ideo securi qui pares? an idcirco sine metu, quia à tam multis timentur ipsi, quam multos ipsi timent? Nunquid locus, occasio, anteoccupatio, insidiæ, audacia, inter pares possunt facere disparitatem? Hostis nunquam non timendus est, insidiator etsi infirmus incautum facile præcipitat, ita cui- Non erunt securi.

cuique periculum est; etiam ab inualido.

PAREVS.

Principibus ea cura incumbet; vt securitatem præstent.

GRETSERVS.

Quid si principum potentia impar sit quorundam improbitati? quid si principes vel suis, vel suorum affectibus indulgeant, & in partem aduersam stringant gladium, meministi illius, quem Lutherani Haidelbergenses fecêre versiculum?

O Casimire potens seruos expelle Lutheri,
Ense, rotâ, ponto, funibus, igne, neca.

Verum estote securissimi. Id mihi mirum nunc videtur; quod euidentiam vtrique parti sufficientem ex eâ disputatione somnias. Nam quæ potest esse in rebus obscurissimis, solâ fide creditis, euidentia?

In controuersiis quãdo euidentia.

Lutherani negant ad perspicuam illam claritudinem perueniri posse.

Hunnius enim in Colloq. Ratisbonensi fol. 110. & 111. & 112. *In futurum reiicit illam euidentiam. Iudicium hoc, inquit, iam, & in hoc sæculo inchoatur, in no-*

nouissimo autem die consummabitur, imò in morte, quando homo statuitur coram iudicio Dei, & in nouissimo die, liber ille aperietur, & iudicabuntur ex eo viui & mortui. Aliud est igitur inchoatum, aliud consummatum iudicium. Et: *altera pars etsi non agnoscat, se causa cecidisse, tamen agnoscet in die vltimo.* Cum igitur Synodi sententia sit obscura, cum humanum iudicium, naturâ suâ fallax, quæ eius potest esse vtilitas par tanto periculo? Nā omnes errare possunt, & totius Synodi collectæ auctoritas humana est, & euanida, vt tu doces, & si aliquando verum omnes dicant, non tamen in reliquos iam suæ sententiæ adhærentes, & se eius certitudine in animo suo obsignatos, fructus emanabit decreti Synodici, quod credent esse posse fallax.

PAREVS.

Si omnium esset tanta prauitas (c. 11. p. 58.) vt veritatem damnarent, posset multitudo suffragiorum rectitudini præualere. Sed pij, & boni illis non assentirentur, nec facile futurum est.

GRET-

GRETSERVS.

Posse hoc fieri, docuit Liber concordię Bergensis, cui supra octo millia hominum subscripserunt, vos tamen nihil magis, quam concordiam illam exagitatis, & in conscientiis obsignati estis, falsa illos scripsisse.

P A R E V S.

Merito sane, scripturam nos recte interpretamur, verâ germanaque sacrarum literarum intelligentiâ illi destituti fuêre. In nostrâ Synodo quod necessarium est, efficitur, vt constet de sententiâ germanâ dictorum scripturæ, ex quibus de controuersiâ quaque iudicandum est. Hæc autem cognoscitur ex naturâ, & vsu sermonis, ex analogiâ fidei, ex dictorum circumstãtiis, & collatione.

GRETSERVS.

Vnde cognoscatur sensus scripturæ?

De germanâ scripturæ sententiâ quæritur, tu mihi naturam, & vsum sermonis, Analogiã fidei, & collationes obtrudis, & rem difficilem reddis plane inextricabilem, nec tamen quicquam vtilitatis adfers Ecclesiæ. Si enim illa suf-

ſufficiunt, quid opus Synodo? verum nos & hæc ipſa examinemus. Ex naturâ, & vſu ſermonis iudicandum eſt. Nõ debet eſſe apud tuos dubium, quin ex naturâ, & vſu ſermonis Hebræi, & interdum Chaldæi, quoad ad vetus inſtrumentum, & Græci in nouo. Cum vero iudicium hoc ſit grauiſſimum, à quo tota œconomia fidei, & ſpes ſalutis dependeat, oportet eſſe exactiſſimum, conſideratiſſimum, nam eſt iudicium de ſententiâ germanâ ſcripturæ, hoc neceſſarium eſt, vt dicis, fidei conſtituendæ, & controuerſiis decidendis, faciendum eſt ex naturâ, & vſu ſermonis Hebræi, Chaldæi, Græci, his enim linguis conſcripta Biblia vos approbatis. Opus eſt igitur exactiſſimâ, penituſque intimâ linguarum iſtarum cognitione, cognoſcenda natura, & vſus ſermonis Hebræi, Chaldæi, Græci, (quanquam, cum pauca Chaldaicè ſcripta ſint, eius ſtudij vobis gratiam facere velim) & ita cognoſcenda, vt certo certius tibi perſuadeas, ita te noſſe, vt errare nequeas. Quis vero tã magna, & tumida profitebitur? Iuniũ, Tre-

Non habent verã & Germa-

Tremellium Drusium dices, at nec illi, nec ipse quidem Scaliger, tam insaniet, vt hoc promittere ausit, nec illi tu crederes ὑπερβιαβάζοντι, ex quo quidem necessariâ consequentiâ deducitur, neminem vestrū gloriari posse, se veram, & germanam scripturæ interpretationē tenere. Nemo enim ita idiomata illa callet, vt fide certus sit ita naturam, se vsumq; sermonum istorum perdidicisse, vt falli non possit, etsi forte non nemo id opinari possit; cognitio vero illa est (tuo iudicio) germanæ sententię necessaria. Neque exire hūc ictum potes, si in paucorum peritissimorum scientiâ, versione, interpretatione turbam cæterorum dicas acquiescere, maximam scilicet partem eorū, qui in montibus Heluetiæ, Scotię, aliisque locis non scientiâ modo hebræorum, sed libris etiam destituūtur, non potest eorum ignoratio aliorum sapientia fulciri: Credendum enim illis esset, paucos illos optimates, linguarum non modo γνωριμωτάτους, sed interpretes etiam esse ἀναμαρτήτους, quod quā absurdum sit, & vestræ causæ noceat, quæ

nam scripturæ interpretationē.

* supra hominem loquenti

* peritissimos

* infallibiles

quæſolam ſcripturam facit iudicem, ipſe profecto vides. Magna igitur pars veſtrorum in maximis erroribus verſatur, quia ſine cognita natura, & vſu idiomatum certa eſſe non poteſt, & naturam, vſumque nouerunt pauci, & quod caput eſt, qui vobis aliquid, ſibi ipſis etiam magni aliquid eſſe videntur in natura, vſuque ſermonis Hebræi, & Græci exponenda ita diſſentiunt, vt merito Beza timeat *futurũ, vt vertẽdi, interpretandique licentiâ, ipſarum quoq; rerum poſſeſſione pellamur, præf. in nouũ teſt.* Quid ſi linguarum iſtarum nonnulli ex Lutheranis ſint peritiores? Exemplum vis?

Credidit Abraham Deo, & reputatũ eſt illi ad iuſtitiam.

ἐπίστευσε δὲ ἀβραὰμ τῷ θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην

ויאמן ביהוה ויחשבה צדקה

Credidit Deo, & imputata eſt ei iuſtitia, vel imputauit illi iuſtitiam, Vel vt græcus, *Imputatum eſt illi in iuſtitiam,* vt Syrus in nouo, & Chaldæus in vetere teſtamento etiam vertunt.

Hic mihi tu ex natura, atq; vſu ſer-

nam ſcripturæ interpretationẽ.

Tremellium Druſium dices, at nec illi, nec ipſe quidem Scaliger, tam inſaniet, vt hoc promittere auſit, nec illi tu crederes ὑπερβιαβάζοντι, ex quo quidem

* ſupra hominem loquenti

neceſſariâ conſequentiâ deducitur, neminem veſtrũ gloriari poſſe, ſe veram, & germanam ſcripturæ interpretationẽ tenere. Nemo enim ita idiomata illa callet, vt fide certus ſit ita naturam, ſe vſumq; ſermonum iſtorum perdidiciſſe, vt falli non poſſit, etſi forte non nemo id opinari poſſit; cognitio vero illa eſt (tuo iudicio) germanæ ſententię neceſſaria. Neque exire hũc ictum potes, ſi in paucorum peritiſſimorum ſcientiâ, verſione, interpretatione turbam cæterorum dicas acquieſcere, maximam ſcilicet partem eorũ, qui in montibus Heluetiæ, Scotię, aliiſque locis non ſcientiâ modo hebræorum, ſed libris etiam deſtituũtur, non poteſt eorum ignoratio aliorum ſapientia fulciri: Credendum enim illis eſſet, paucos illos optimates, linguarum non modo γνωριμωτάτους, ſed interpretes etiam eſſe ἀναμαρτήτους, quod quã abſurdum ſit, & veſtræ cauſæ noceat,

* peritiſſimos

* infallibiles

quæ

quæ ſolam ſcripturam facit iudicem, ipſe profecto vides. Magna igitur pars veſtrorum in maximis erroribus verſatur, quia ſine cognita natura, & vſu idiomatum certa eſſe non poteſt, & naturam, vſumque nouerunt pauci, & quod caput eſt, qui vobis aliquid, ſibi ipſis etiam magni aliquid eſſe videntur in natura, vſuque ſermonis Hebræi, & Græci exponenda ita diſſentiunt, vt merito Beza timeat *futurũ, vt vertẽdi, interpretandique licentiâ, ipſarum quoq; rerum poſſeſſione pellamur, præf. in nouũ teſt.* Quid ſi linguarum iſtarum nonnulli ex Lutheranis ſint peritiores? Exemplum vis?

Credidit Abraham Deo, & reputatũ eſt illi ad iuſtitiam.

ἐπίστευσε δὲ ἀβραὰμ τῷ θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην

ויאמן ביהוה ויחשבה צדקה

Credidit Deo, & imputata eſt ei iuſtitia, vel imputauit illi iuſtitiam, Vel vt græcus, *Imputatum eſt illi in iuſtitiam*, vt Syrus in nouo, & Chaldæus in vetere teſtamento etiam vertunt.


Hic mihi tu ex natura, atq; vſu ſer-

monis conclude veram sententiam. Alij enim sic interpretantur: *Imputatum est illi opus seu τὸ credere ad iustitiam,* vt Bertius: alij, *Imputatum est illi meritũ Christi ad iustitiam*: Nonnulli, *Imputata est illi Dei essentialis iustitia ad iustitiã.* Alij, *Imputatus est illi habitus fidei ad iustitiam.* Tu mihi ex natura sermonis, & vsu ostende hos errare, illos vera dicere. Quod si quosdam docueris, nihil tamen egeris, nam idiota qui iudicare poterit, hoc esse ex natura, vsuque sermonis, illud minime? Mihi credet: inquies. Quid vero si Hunnio potius, aut Luthero credat? Vides igitur quo se vertat tandem hæreseon inquietudo, versetque. Quo credulitatem suã resoluat. Credo fiduciam meã me amittere non posse, & cur ita credis? Quia scriptura dicit. Scin' hanc Germanam esse scripturæ sententiam? Vt quã certissime. Vnde vero hoc didicisti? Ex natura, atq; vsu sermonis quo vtitur Spiritus sanctus. Sane natura, & vsus illius sermonis tibi cognitus, perspectusque est? Ad vnguem, ad libellam. Gratulor tuę felicitati, eccum hunc mihi codicẽ

per-

perlege. Enimuero ludis me, non lego codices nisi germanicos, & haud crebro Latinos, at isti characteres, si modo Characteres sunt literarum, non literæ Ephesiæ, Punici sunt, aut Iaponij. Quasi vero tu ista nescias. Simulas ignorationem, vt admirationem deinde ædifices, lege sodes, lege, amabo te. Profecto nescio, dispeream si vel apicẽ noui, vereor autem ne notæ magicæ sint, ideo ne inspicere quidẽ, ne oculos violẽ aliquâ profanitate, sustineo. Mirum profecto te ista nescire, cũ sit vox patris tui, vt putas, vox Spiritus sancti, (sunt enim vt scias Biblia hebræa) cuius tu naturam sermonis, & vsum ad vnguem, ad libellam pernouisti. Non me Hercule isthoc dixero. Germanice loquentem intelligo Spiritum sanctũ, hebræa mihi ignota sunt. Ne vero te reprehende, parce, inquã, fidei tuæ, vnde enim nosti hoc quod in Germanicis legis Bibliis esse verbum Dei, & vere te scire etiam scis, ex natura, & vsu sermonis? Quia nam dubitem? viri eruditi ita ex hebræo transtulerunt. Recte sane, hebræa igitur credis esse

 di-



INDEX.

A.

B.

C.

Ele-

F.

G.

H.

I.

L.

M.

N.

O.

INDEX.

P.

Q.

R

S.

mu-

FINIS.

Pag. 18. Saliftarius lege Salictarius. 19. Oblandimini. l. Eblandimini. 33. qua l. quo. 27. nec & Germanorum l. nec Germanorum. Ibidem. ficcio l. Siccio. 78. poffeffio res l. poffeffores. 87. nolent. l. volent. 92. In Schvvermeria. l. Schvvermeria 95. Vaftius l. Vorftius. Quærunturl. queruntur. 146. quo l. quæ. 213. aulapolitico l. aulopolitico. plotinianifmum l. photinianifmum 215. Gyneceo l. Gynæceo. 157. Catholici l. Catholicis. 257. igitur l. agitur. 163. tabulos l. tabulæ. 192. nec l. neque. 192. curfus l. currus. 193. Inftituit l. inftitui. 208. ἐρευγμοὶ l. ἐρευγμοί. perpetua l. perpetuo. 243. Chriftianæ l. Chriftiano. 250. dicat l. dicant. 303. Euangeliften l. Euangelifche. 318.